libellum inscriptis duplicatum, vz unum potati, et alium parti si voluerit vel petierit, cui reo potas det, et assignet terminum trium dierum ad respondendū ipsi libello, demum cogat partes ad iuran de Calumnia, et ad litis contestationē quibus peractis, Potas det, et assignet duis actori et reo terminum quinq dierum ad probar incumbentia, quo termino elapso, Potas procedat ad publicationem processus, in qua assignet terminum partibus quinq dierum ad opponen contra, quo elapso, ad sntiam procedat, et si quantitas petita nō excesserit summam [illegible] libraz, tunc actor et reus possint ad inui cem facere partitum aut iuret aut referat, et dum iuramentum sit decisivum.

De solutione Capitum solidoz. Cap. 5.

Statuimus, et ordinamus, quod de omni Causa civili soluantur capita solida, vz denarios quatuor de qualibet libra petita in contestatione litis, et si dca capita solida non soluerentur, acta sint nulla, excep

tis dotibus, de quibus et pijs Causis capita solida non soluantur, et acta teneant, et valeant pleno iure auct.e presentis statuti, et nihil.s de eadem re capita solida semel soluta, amplius nõ soluantur etiam si lite, et causa reassumeretur per alios, et dicta capita solida mittantur in Cippo Communis.

De Partitis fiendis inter litigantes ad Iuramenta
Cap. 6.

Statuimus, et ordinamus, quod litigantes inter ipsos usq. in quantitatem decem librarum, et non ultra, unus alteri partitum fecerit, dicendo uis iurare, vel uis ut iurem si petita sunt uera, uel non, teneatur et debeat ille, cui factum est tale partitum acceptare, uel remittere parti ut iuret, et tunc debeat potas, si predca facere recusauerit, ille cui factum est uel remissum fuerit partitum, cogere, et mandatum facere pena sui arbitrij qd. antequam se cedat debeat iurasse, uel parti remisisse, et si dictus reus iurauerit petita per actorem contra ipsum non esse uera, tunc prefatus potas statuat terminum dicto actori quinq. dierum proxime futuror. ad proband. petita per ipsum, quasi

in d.° termino probaverit iuridice, d.us Potas cogat reum predum decerantem summarie ad dan. solven. et traden. quantitatem petitam, et expensas, ac etiã infrascriptam penã periurij. Si vero remiserit actori ut iuret, et actor iuraverit petita per ipsum esse vera, tunc ipse potas statuat terminum quinq. dierum proximè futurorum ad reprobandum, quod si iuridice reprobaverit, a d.a petitione absolvatur per d.um potatem, et d.a absolutio habeatur firma, et transeat in rem iudicatam, et nihil.s ipsum decerantem cogat summarie ad solven. Comm.ti eius decem libras den: pro pena periurij ipso facto, sine diminutione, et si ipse reus nõ reprobaverit, elapso d.o ter.o cogat ipsum reum ad solven. sine aliqua exceptione, et hoc capitulum locum habeat usq. ad summam decem librarum den: et non ultra ut supra

De termino dando reis confessis ad solvendum Cap. 7.

Item statuimus, et ordinamus, quod si aliquis in iud.o coram Potate confessus fuerit esse debitorem creditoris sui in quacumq. quantitate, si quantitas fuer

Liber secundus

rit, à [illegible] libris [illegible] Potestas statuat ei,
terminum trium dierum proxime futurorum ad solvendum,
si fuerit [illegible] de supra, usque ad decem libras, quinque
dierum terminum assignet, ad solvendum, a decem libris su-
pra quantumcumque sit magna quantitas, ipse
potestas terminum decem dierum assignet ad solvendum
confessata per ipsum, quibus terminis elapsis, si dictus
debitor non solverit suo creditori quantitatem supra
confessatam, ad petitionem actoris Dominus Potestas co-
gat eum realiter et personaliter ad petitionem actoris, et ipsius
voluntatem, ipsumque debitorem arrestatum detineat donec
solverit.

De contumacia actoris non comparentis ad
petendum. Cap. 8.

Item statuimus, et ordinamus, quod si quis, aliquem ci-
tare fecerit, et in termino dicto citationis non comparu-
erit ad petendum, et dictus reus contumaciam actori
incusaverit, teneatur, et debeat eidem reo solvere soldos
quinque denariorum pro suo interesse.

De modo procedendi super instrumentis agen-

Executiue Cap. 9.

Statuimus, et ordinamus, quod de omni debito Ciuili unde appareret publicum instrumentum, reus non possit petere libellum, nec copiam petitionis, immo potestas teneat et debeat facere preceptum ipsi reo, quod in term.° decem dierium proxime futurorum debeat quantitatem in d.o instro contentam suo creditori soluisse, in quo term.° dictus reus et de.r teneat exceptiones opponere et probare possit Us falsitatem, solutionem, et pactum, quas si in d.o termino no probauerit, ad requisitionem creditoris, Potest ipsum debitorem cogat in palatio Ptr, uel realem executionem faciat ad sensum creditoris, ipsumq detineat, donec eidem creditori de contentis in d.o instro satisfecerit.

Quomodo procedatur contra iuratos suspectos de fuga. Cap. 10.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumq de d.o castro, uel habitans in eius territorio, debeat habere uel aliquid agere cum aliquo de d.o Castro uel habitante in eius territorio, aut forense,

non possidentibus in dicto Castro vel eius Terr.^rio^ bona stabilia, ascendentia ad quantitatem, et rem debendam dicti tali de dicto Castro, possit et valeat ipsum talem non possidentem allegare suspectum de fuga, et ipsum per potestatem dicti Castri capi, et detineri donec satisfecerit eidem contra ipsum non possidentem agere volenti, aut caverit de iudicio sisti et iudicatum solvendo, qui quidem agere volens primo debeat iurare ad s.^ta^ dei evangelia corporali manu tactis scripturis, quod ille eius debitor, et cum quo agere intendit, non possidet iure suo aliqua bona stabilia in dicto Castro, et eius Terr.^rio^, demum solvat, et solvere debeat capita solida quantitatis et rei debite, alio petitio esset inanis, et nulla de quo iuramento potestas petere possit bonorenam unum ab actore, sumptibus perdentis.

De modo procedendi super sequestris faciendis. Cap. II.

Statuimus, et ordinamus, quod potestas dicti Castri possit et valeat ac debeat sequestrare et in sequestrum ponere penes quoscumque voluerit de bonis cuiuscumque

alteri debentis, si fuerit persona suspecta de fuga, et non habens res immobiles in dicto Castro, vel eius territorio, dummodo ille ad cuius instantiam factum fuerit dictum sequestrum, iuret ad sancta dei evangelia, quod predicta non faciat animo calumnie, et solveri capsia solita. Volumus etiam quod dictus agens in term.º trium dierum proxime futuros a die facte sequestrationis debeat probasse, et sua iura produxisse coram potestate contra dictum suum debitorem, et si predicta non fecerit, dictum sequestrum non valeat ipso iure.

Quod forensis habitans in dicto Castro teneat dare fideiussorem Cap. 12.

Item statuimus, et ordinamus quod si aliquis forensis non oriundus de dicto castro venerit ad habitandum in ipso castro, teneatur, et debeat dare superstitibus comunis, pro ipso communi recipientibus, bonum, et idoneum fideiussorem, de parendo mandatis curie et potestatis, solvendo collectas, faciendo operas comunis ut sibi mandatum fuerit, et solvendo penas de malleficiis, si per ipsum fuerint commissa in territorio dicti Castri contra quoscumque, alis

Dns, et Patronus domus, in qua dns talis habitaret, teneat, et debeat pena uigintiquinq librarum den: ipsum de dia domo expellere, et ipsum quoq modo in ea habitare non permittere, Potestas uero unà cum superstitibus, debeat ipsum talem forenseum de dicto Castro, et eius terrio expellere, et si prefati Potestas et superstites in predicis negligentes fuerint, incidant in penam decem librarum den: pro quolibet ipsorum ipso facto.

De Compromissis fiendis inter Coniunctos Cap. 13.

Item statuimus, et ordinamus, quod quotiescumque uerteretur aliqua lis, seu differentia de aliqua re, uel Causa non liquidata inter consanguineos, et coniunctos usq in tertium gradum, potas ad petitionem cuiusciq petentis, ipsas partes cogat ad compromittendum dictam litem et cam in duobus probis uiris per ipsas partes eligendis, de consanguinitate, uel affinitate, neutri parti non suspectis, et dictum compromissum duret per spatium unius mensis.

Quod Mulier dotata non possit succedere. Cap. 14.

Item statuimus, et ordinamus, quod mulier dotata à, Patre, Matre, Auo, uel fratre carnali, uel consobrino non possit, nec ualeat succedere in bonis paternis, maternis, aui, fratris carnalis, nec consobrini.

Quibus reddatur ius summarium Cap. 15.

Item statuimus, et ordinamus, quod ecclesijs, uiduis, pupillis, orfanis, et locis pijs, forensibus, ac miserabilibus personis ius summarium reddatur.

Quod Potas teneatur sedere diebus iuridicis ad Banum. Cap. 16.

Item quod dnus Potestas teneatur, et debeat sedere ad Banum iuris iuridicis diebus, ad reddendum ius, et iustitiam cuilibet petenti; sub pena unius floreni pro singulo die in quo ius et iustitiam non reddiderit.

Quod forenses debentes alicui de dicto Castro

Liber secundus

Castro summarie Compellatur . Cap. 17.

Forensis qui alicui terrigeni dicti Castri dandum vel solvere teneri constiterit per Testes, aut publicum instrumẽtum, seu confessionem ipsius forensis, ad sui credito ris instantiam, et petitionem, ad solvendum id quod teneretur, realiter et pr, per curiam dicti Castri, compellatur summarie, donec dictum debitum fuerit solutum aut dederit idoneos fideiussores de iudicio sisti, et iudicatum solvendo, quibus datis debeat relaxari, et cõtra eum ac si esset originarius dicti Castri servatis servandis procedatur.

Quod artifici iuramento credatur usq; in Vigintiquinq; solid: Cap. 18.

Artifex qui ratione sue artis dixerit se aliquid debere recipere ab aliquo, per curiam audiatur, et credat suo iuramento prestito usq; in vigintiquinq; solid: den: ab inde vero supra, credatur sibi cum uno Teste usq; in quinq; libris den: dando plenã facultatem debitori probandi contrarium, sive solutionem debiti, seu pacti

et conventiones inter ipsas partes insuper habit
infra terminum eidem statuen per potatem et
dum cause.

De bonis omnibus inter aliquos dividen.
Cap. 19.

Divisionem aliquoꝝ bonoꝝ faciendam, si quis petent Potestas cogat, et compellat partes summarie, sine litis contestatione, et alijs solemnitatibus omissis cuius libet ipsa bona communia inter ipsos dividere ad petitionem partis petentis dummodo prius constet ipsa bona fore communia, in quibus causis nullum salarium a partibus persolvatur, et in premissis Potestas habeat plenum arbitrium cogendi partes ad evitationem maloꝝ prout ei videbitur.

Quod Contumax refectis expensis debeat audiri. Cap. 20.

Contumaciā purgare quis volens, non audiatur, nisi prius parti adverse omnes expensas occasione contumacie facts restitueri cum effectu, addicentur qd in quibuslibet civilibus causis, semper victus, victori

ad refectionem omnium et singularum expensarum leg.me
factarum debeat per potestatem condemnari.

De quarta parte dotis appellanda Marito Uxore moriente. Cap. 21.

Item statuimus, et firmamus, quod si aliqua mulier habe-
ret tempore sui obitus maritum, in quo matrimonium
nuptias contraxisset, ipsum matrimonium carnali coppula
consumassent, in forma ecclesie consueta, quatenus deces-
sisset, seu in futurum decederet sine filijs legitimis
et naturalibus ex eodem matrimonio, et ex ipsa natis
quod quarta pars dotis talis mulieris sic decedentis hucusque
seu decesserit in futurum veniat in dictum suum maritum
et auctoritate presentis Capituli applicetur pleno iure
et quod instrumentum dotale, aut confessionis dotis fac-
te per ipsum maritum, vel alium ipsius nomine talis
mulieris que sic decessisset, seu decesserit in futurum
non possit aliquo modo executioni mandari contra
dictum eius maritum, vel bona ipsius ad petitionem
cuiuscumque persone cuius interesit, super dicta quarta par-
te dotis, et quod petens ipsum instrumentum execu-
tioni mandari non audiatur in iure super dicta

quarta parte dotis.

Quod principalis teneatur fideiussorem suum indemnem conseruare Cap. 22

Principalis teneatur fideiussorem suum extrahere, atque conseruare indemnem ab omni promissione, et obligatione facta per fideiussorem, ad petitionem principalis, et Potestas summariè in hijs procedere possit et debeat ad petitionem petentis sine strepitu et figura iudicij, uolentes principalem prius q̄ fideiussores in ciuilibus conueniri, non obstante renunciatione facta de suis beneficijs per eumdem.

De modo seruando in contractibus mulierum Cap. 23.

Mulier quando aliquem contractum, seu obligationem fecerit cum aliqua persona, ipsum uel ipsam facere teneat' et debeat cum presentia et uoluntate duoꝶ proximioꝶ suoꝶ consanguineoꝶ, aliàs contractus et obligatio facta contra dictam formam sit nulla

penitus ipso iure.

De Instrumentis recolligendis. Cap. 24.

Instrumentum aliquod si quis alicui notario scribere ac publicare fecerit, ipsum recolligere teneatur infra quinq dies post factum instrumentum, soluendo notario cōpetenti mercede, et quod notarius tale instrumentum fecerit, et publicauerit ad petitiōnem alterius, stetur et credatur ipsi notario describenti, et de mercede stetur ad declarationem duoz notarioz eligendorum per partes.

De Pignore recolligendo. Cap. 25.

Pignus aliquod, quod acceptum fuerit seu acciperet per Baiulum Communis mandato potestatis, et quod esset in aliqua re mobili, pro omni quantitate, Dn̄s dicti pignoris recolligere debeat illud infra unum mensē continuum post fuerit sibi ablatum, seu acceptum soluendo quantitatẽ, pro qua talis pignoratio facta esset, et si dictum pignus in dictum tempus unius mensis nō fuerit recollectum ut dictum est, liceat

ex tunc habenti dictum pignus vendere cum auctoritate curie, factis prius duobus bannimentis de ipso pignore cum termino dierum decem pro quolibet bannimento, et si pignus venderetur ultra quantitatem, pro qua esset pignoratio, et ablatio facta, illud ultra statim domino pignoris restituatur, et detur, et si minor quantitas venderetur illud minus debitor creditori solvere teneatur, ita et taliter quod creditor sit plenarie ac integre satisfactus de credito et expensis legitime factis.

Quod deponatur instrumentum debiti, ex quo fuerit facta solutio. Cap. 26

Si fuerit facta particularis solutio debiti de quo appareret publicum instrumentum, tale instrumentum deponatur apud aliquam fidedignam personam de voluntate creditoris, qui teneat ipsum donec facta fuerit integra solutio, et facta solutione, restituatur debitori instrumentum predictum, et cancellatum per suum creditorem, et Potestas teneatur costringere debitorem ad instantiam sui creditoris ad solvendum,

et nullum salarium soluatur, nisi ducetur tenuta contra eum, et creditor teneatur facere quietationem dicto suo debitori de eo quod receperit.

De discordia inter fratres. Cap. 27.

Quandocumque fuerit aliqua discordia inter fratres, uel alias personas, de aliqua re diuidenda, quod ille qui uult diuidere, mittat uicem pro partitum, et mittat ad capere de dicto uice dictum consortem, et consors noluerit capere de dicta uice infra octo dies postquam fuerit partitum, partiseus habeat potestatem diuidendi inter ipsos bona fide, et mittat eum ad electionem capiendi sine uice, et partitura aliqua capiendo, et quislibet habeat tantum, et non plus, et si contrafecerit, in pena quinquaginta librarum den. incurrat pro uice qualibet, et si aliqua partitura fuerit sub aliqua diuidenda re, et partitura per partiseum, Potestas teneatur ipsum ponere de partium uoluntate, et si partes concordes deuenerint cum potestate, bene quidem, sin autem, ponat ipse partiseum, et si quis uoluerit sortire sine uice, et partire cum consortibus suis bona, bona fide, et mittere consortem

ad capiendum, et consors non acceperit infra oc-
to dies, et diuisio facta fuerit, ex tunc in antea
beant ipsi, qui miserint ad capiendum, capere, nō
mutando ipsam diuisionem, et partiserij in solidū
possint diuidere, et diffinire omnes questiones uer-
tentes coram eis uel aliquo ipsorum, et si quis nō
obbedhierit ipsis, uel alteri ipsorum soluat penam
decem librarum den:

De Alimentis prestandis mulieri mortuo Viro. Cap. 28.

Mortuo Viro Mulier remanes Vidua, habere debeat ali-
menta secundum quantitatem dotium suarum, ubi mo-
rari uoluerit ab illo, qui tenet dotes, uel ab alio,
qui confessus fuisset recepisse dic̄as dotes, uel
ab heredibus eius mariti, donec rehabuerit dotes
suas, uel parati fuerint hij, qui illas tenent, ad re-
stitutionem ipsarum cum effectu, et dicta alimenta in
sorte, seu quantitate dotium nullatenus computentur,
Postq̄ uero mulier ad secundas nuptias conuolaue-
rit, petere nō possit, nec debeat alimenta, eo pre-
textu, quod dicat uirum suum sibi predic̄a legasse

ad ipsum dominam messanam seu honores omnia dimisisse, nisi contraria voluntas testatoris seu decedentis appareret expressa.

Quod nulla dos dari possit in tenutam Cap. 29.

Nulla dos alicuius mulieris, nec fructus dotium possit dari in tenutam occasione debiti, vel contractus per Maritum facti, et si fieret, non valeat, nec teneat ipso iure, capitulo aliquo non obstante

Quod venditor possit cogi summarie ad recipiendum in se iudicium de re iudicata, et emptori lis moveretur. Cap. 30.

Item Statuimus, et ordinamus, quod si quis vendiderit alicui persone de dicto Castro, vel eius districtu aliquam domum, terram, seu possessionem, vel aliquid mobile, vel immobile, cuius rei promiserit defensionem per instrumentum publicum, vel in presentia testium, et emptor occasione talium rerum per aliquam personam molestaretur, quod potestas coram quo

quocunque facta fuerit, teneatur, et debeat ad
petitionem talis emptoris, cui promissum fuerit rem
emptam defendere, recepta fide de promissione
defensionis facte per venditorem, summarie, et
sine libelli oblatione, strepitu, et figura iudicij
cogere talem debitorem ad recipiendum iudicium de-
fensionis ipse, ad defendendum, et quod defendat
ipsum talem emptorem, prout, sicut, quomodo, et quo
tiens dictus emptor voluerit, requisitus, et predicta, et pre-
dicta locum habeant ad preterita, presentia, et fu-
tura, dummodo molestia appareret et costaret.

De pena vendentium rem duobus vel
pluribus in solidum. Cap. 31.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicunque ven-
diderit alicui persone aliquam rem mobilem
vel immobilem, et ipsam eandem rem alteri per-
sone, uni vel pluribus vendiderit in solidum, in-
cidat in penam centum solid. den., et alie ven-
ditiones, una, vel plures, sint et esse debeant nul-
le ipso iure, et nullius efficacie, vel valoris, dum-

ipsi tales venditor ad petitionem secundi emptoris, vel plurium si plures essent, teneatur, et debeat potestas predictus pro secunda venditione restituere et reficere omnia et singula damna, et expensas tales passi, et Potestas ad petitionem talis secundi emptoris predictum venditorem cogere et compellere teneatur realiter, et personaliter, prout et sicut, quandocunque et quam emptor predictus voluerit, diebus feriatis, vel non feriatis, et predicta locum habeant ad preterita presentia et futura.

De modo servando quando quis petierit se mitti in tenutam ad possessionem in quam asserunt ad se spectare. Cap. 32.

Item statuimus, et ordinamus, quod si quis petierit se mitti in tenutam, vel possessionem alicuius rei mobilis, vel immobilis, quam diceret ad se spectare citari faciat possessorem ipsius rei bis, et si dictus talis possessor fuerit contumax in termino assignando per baiulum dicti communis, ex parte potestatis, et ipsis terminis elapsis, dictus Potestas teneat,

et debeat ad petitionem illius, qui [illegible] se pe-
tit se mitti in possessionem, pronunciare ipsu̅
actorem fore mittendum in possessionem et tenutam
ipsius rei petite, et ipsum actorem mitti et poni
faciat in corporalem tenutam, et possessionem dic̃
rei, per baiulum dicti Castri, si reus infra qua-
tuor dies dictus talis possessor non comparuerit,
et iura sua nõ duxerit, et inde auctor ille
talis, qui positus, et missus fuerit in possessionẽ,
auctoritate curie, remaneat in possessionem ipsius
rei, et id intelligatur si talis possessor compa-
ruerit in termino Citationis de eo facte coram Po-
testate, et non produxerit iura sua, uel non al-
legauerit causam quare talis actor non debeat
mitti in possessionem, et tenutam dicte rei, uel
si produxerit minus ualida nõ uindicia, et
causam allegauerit iniustam, et nõ admittendam
sed si sua iura in forma produxerit, aut iusta̅
Causam allegauerit, procedatur uia ordinaria se-
cundum formam statuti presentis uoluminis

De examinibus Testium . Cap. 33 .

Liber secundus

Item statuimus, et ordinamus, quod in omnibus et singulis, causis, questionibus ciuilibus, in quibus litis contestatio, et terminus ad probandum fuerit assigna=tus partibus, uel alteri partium litigant, Potestas uel alius officialis dicti cois, ad quem huiusmodi cau=sa diffinienda spectauerit, seu coram quo talis questio uentilletur, teneatur et debeat uinculo iuramenti, et ad penam decem librarum den: de suo salario computan, post datum terminum parti ad faciendum interro=gatoria secundum artos actoris, examinare omnes te=stes iuratos in dicta causa, et eorum attestationes, et dic=ta clare, ordinate, et aperte scribere in eius libro infra decem dies continuos postquam per partem, uel eius procuratorem fuerint inducti, iurati, et citati ad dictum examen.

De etate filiorum probanda. Cap. 34.

Item statuimus, et ordinamus, quod si de etate alicuius dubitaretur, quod talis etas probetur, et probari possit per iuramentum patris, et matris, uel alterius eorum, sal=uo quod, si aliquis uellet probare contra dictum

iuramentum parentum, quod eius probat se per-
mictatem, et si aliquis probauerit per testes ipsu
reos, omni exceptione maiores, contrarium, non stet-
tur iuramento, et attestationi parentum.

Quod nullus possit petere, à, commune debitum, quinq. annis retro. Cap. 35.

Item statuimus, et ordinamus, quod nulla persona
possit, nec debeat petere nec habere, à, commune
predicto aliquam quantitatem pecuniae, quam dice-
ret se debere recipere à commune dicti castri, à, quinq.
annis retro, nisi habeat publicum instrumentum,
ad penam quinquaginta solid: den: pro quali-
bet persona, et qualibet uice. Volumus insuper
quod si aliquis petierit à, communi uel aliqua-
cumq. persona debitum iam solutum, soluere coga-
tur per Potestatem dicti Castri de facto, duplum
quantitatis, siue rei petite.

Quod Venditio facta de re immobili, cuius rei possessio non fuerit capta in biennium,

Quod venditio sit nulla, et quod instrumentum inde Confectum, fictitium reputetur. Cap. 36.

Item ad obviandum fraudibus, et fictionibus committendis, si que sepe in venditionibus committuntur que pluribus hominibus nocuerunt, Statuimus et ordinamus, quod venditio quelibet facta, seu que fieret in futurum per quamcunque personam de re immobili, et de ipsa re per emptorem non fuerit tenuta, seu possessio corporalis accepta infra bi[e]nnium a die celebrate venditionis computandum, talis venditio sit nulla, et nullum sortiatur effectum, ac si minime facta fuisset, et instrumentum inde co[n]fectum, fictitium reputetur, et sit nullum, non detur predicto, et tali instrumento resultet actio, nisi hoc Capitulum sit precisum, et mutari no[n] possit, et locum habeat ad presentia preterita et futura.

Quod minores quatuordecim annorum non admictantur ad testificandum in Civilibus Causis. Cap. 37.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto
Castro, vel eius districtu, vel aliunde, minor quatuor-
decim annor(um), admictatur, vel admicti possit ad te-
stimonium perhibendum in aliquo Civili actu, et si
admicteretur, attestatio talis minoris in civilib(us) actis
nullam fidem, seu probationem faciat, nec vigore
talis attestationis, possit per potestatem in aliqua
causa procedi, seu sententiari, et si quod proces-
sum, sententiatum, et terminatum fuerit vigo-
re attestationis talis minoris, non valeat nec te-
neat ipso iure.

De obligationibus fien(dis) in rebus minor(um).

Cap. 38.

Item ad hoc ut minoribus nulla fraus subgeratur,
Statuimus, et ordinamus, quod si contingent aliquem
fieri contractum de alienatione, seu obligatione
aliquarum rerum minor(um) cuiuscumque annor(um) cum eis
minoribus, vel cum tutoribus, et curatoribus dictor(um)
minor(um), non valeat, nec teneat ipso iure, nisi servet(ur)
hic ordo (scilicet) quod interveniat auctoritas potestatis

dicti Castri, et presentia omnium suprestitum eiusd. Castri, ubi etiam debeant interesse duo proximiores consanguinei, qui iurent dictum contractum, et alienationem fieri in utilitatem dictorum minorum, aliquo Capitulo non obstante.

De Causis per Curiam summarie decidendis. Cap. 39.

Cives questiones, et causas, non ascendentes summam, et quantitatem centum solidor., inter quoscumque vertentes, Curia preda decidere valeat summarie, sine strepitu et figura iudicij, prout et sicut eidem videbitur convenire, omnibus iuris solemnitatibus pretermissis et possit secundum qualitatem non detur terminus per dictam Curiam ultra decem dies, nisi de voluntate creditoris, et debitoris.

Quod mulieres dotate non succedant ab intestato dotanti, masculo existente. Cap. 40.

Item statuimus, et ordinamus, quod nulla mulier dotata; a Patre, Matre, Avo, Avia, fratre, sorore, ut

quocumq, nō possit succedere ab intestato decedenti, superstite decedenti masculo in eodem gradu, seu aliquo masculo, qui pariter cum ea ad successionem veniret ab intestato decedenti.

De Mercede actorum, et executionum, Cap. 41.

Item statuimus, et ordinamus, quod potestas possit et valeat petere, et habere, a quocumq. agente ad bancum iuris contra eum pro qualibet petitione tam in scriptis, quam verbotenus facta coram eo, unum bon: den: quantumcumq. sit magne quantitatis, vel voluminis, et non ultra, possit etiam petere, et habere pro quolibet iuramento dato parti de commissione alterius partis litigantis, ab illo contra quem venerit iuramentum, bon unum et nō ultra, possit, et valeat petere et habere, a parte producente pro quolibet teste cum iuramento examinato bon duos, et non ultra, habeat et habere debeat, pro qualibet carta copie, bon duos,

et carta sit, et esse debeat decem et otto uersus
et uersus sit de sex partibus, Itē potere et habere
possit, et ualeat pro eius executione in maleficijs
concessis, seu concedendis per Ill.rem Comunitatem Spoleti de
castro sancti Joannis pro quolibet floreno quod execu-
tionem fecerit ad manus Cammerarij dicti Comunis solid:
decem den: a soluente dictā penā mallefitij per ipsum
Commissi, et non ultra, Item quod potest in mallefi-
cijs de quibus haberet aliquam ratam, tam ex for-
ma Statutorum quam ex comessione Ill.s comunitatis Spo-
leti, non habeat aliam mercedem pro executione per
eum fienda, in ciuilibus autem causis, bon unum
den: pro quolibet floreno, scilicet a debitore, et nō plus.

Vista per me Ioseph Bu... aduocatum Comunis
et ... confirmanda

Incipit Liber Tertius Mallefitiorum.

De modo procedendi super Mallefitijs.

Cap. I.

Statuimus etiam, et ordinamus, quod si aliquis de castro sancti Ioannis, uel aliunde, fuerit citatus per baiulum dicti comunis de mandato potestatis dicti castri quod ueniat ad se excusandum, uel defendendum ab aliqua accusa, denuntia, uel inquisitione de aliquo mallefitio, uel delicto, debeat die sequenti post citationem factam, si personaliter citatus fuerit, comparere ad confiten uel negandum contenta in dicta inquisitione, accusatione, uel denuntiatione, et si personaliter citatus non fuerit, citetur bis duobus diuersis diebus domi eius solite habitationis, simili modo quo supra, quibus citationibus factis, si non comparuerit die sequenti dictus denuntiatus, accusatus, uel inquisitus habeatur pro confesso, et conuicto, ac si esset testibus superato, Potestas enim teneatur, et debeat dictum talem delinquentem contumacem in banno poni facere per dictum baiulum in platea dicti communis publice, et alta uoce a dicto castro et eius territorio in quantitate, qua uenit condemnandus, secundum formam infrascriptorum

37v

[illegible], in quo quidem banno prefatus Potes-
tas dari, et assignari faciat terminum quinq dì-
erum proxime futuroꝝ ad omnes suas defensio-
nes faciendas, infra quem si nô comparuerit
dictus accusatus, denuntiatus, vel inquisitus, su-
per dictus Potestas teneatur, et debeat devenire ad
condemnationem, et ipsum talem contumacem con-
demnare, et contra ipsum sententiam ferre iuxta
presentium statutoꝝ continentiam. Forenses
vero bis diversis diebus citentur in platea dñi
Castri, et contra ipsos modus, et ordo supradictus
servetur. Si vero dicti denuntiati, inquisiti, vel
accusati comparuerint, et dicte denuntiationi, inquisi-
tioni, vel accusationi respondere voluerint, et con
fiteri, vel negare voluerint, primum, et ante
omnia teneantur et debeant fideiussores pre-
stare de solvendo omnem penam de iure, et secun-
dum formam presentium statutoꝝ incursam, qui-
bus peractis medio iuramento ad respondendum admi-
ttantur.

De pena dicentis alicui aliquod Verbū

Liber Tertius

Iniuriosum. Cap. 2.

Statuimus, et ordinamus, quod quicumque de dicto Castro seu forensis, vel aliunde, in dicto vel eius Territorio dixerit alicui persone aliquod verbum iniuriosum, ut est falzo, rouiglioso, fotore, traditore, ruffiano, briaco, puttana, gaglioffa, et hijs similia, puniatur pro quolibet verbo, et qualibet vice pena viginti solid: den: sine diminutione, dummodo offesus ad iniuriam vocaverit, aliter non.

De pena remproperantis alicui rem iniuriosam. Cap. 3.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro vel aliunde, in dicto Castro, vel eius Territorio, audeat, vel presumat dicere, vel remproperare alicui vel contra aliquam personam, homicidium Patris, Matris, fratris Carnalis, vel Consobrini, pena viginti solid: den:, qui vero vulnera, vel alias percussiones remproperaverint, puniatur pena decem solidor. den: de facto sine diminutione.

38v

De pena percutientis aliquem manu Vacua, uel Pede. Cap. 4.

Statuimus, et ordinamus, quod quicumque de dicto Castro uel aliunde, in dicto Castro, et eius Ter.rio percusserit aliquam personam manu uacua, uel pede, a, collo supra, et sanguis exiuerit, condemnetur pena centum solid: den: pro qualibet percussione, si uero, a, Collo infra manu uacua uel pede aliquam personam percusserit, et sanguis exiuerit condemnetur percutiens pro qualibet percussione pena sibi centum solid. den. et si sanguis non exiuerit in dimidia dictæ pene condemnetur.

De pena Capientis aliquem per Capillos Cap. 5.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque de dicto Castro, uel aliunde, ceperit aliquam personam per capillos irato animo, condemnetur pro qualibet uice in uiginti solid: den:, si in terram ex dicta

[illegible] sic fecerit, in duplum dicte pene condemnetur, si per capillos [illegible] pro qualibet vice condemnetur in quinquaginta soli: den: si sanguis exiverit in duplum dicte pe= ne condemnetur pro qualibet vice

De pena capientis aliquem per pannos vel [illegible] Cap. 6.

Statuimus, et ordinamus, quod quicumque ceperit ali= quam personam per pannos, vel [illegible], aut im= pinxerit, condemnetur pro qualibet vice in viginti solid: den: si ex ipsa impincta in terram ca= dere fecerit, condemnetur in quadraginta solidos den:, et si ex dicta casura in terram, sanguis exiverit puniatur in duplum dicte pene

De Pena evaginantis [illegible] Contra aliquem Cap. 7.

Statuimus, et ordinamus, quod quicumque evaginaverit arma contra aliquam personam [illegible], conde= metur pro qualibet vice in solid: centum den: si ve= ro dictus evaginans cum dictis armis evagina=

tis aliquam personam insultauerit, condem-
natur solum de insultu, pena contenta in Capi-
tulo sequenti; si quis autem cum dictis ar-
mis contra aliquem admenauerit puniatur
pena duorum solid. tantum pro qualibet
vice.

De Pena insultantis aliquem cum ar-
mis uel sine. Cap. 8.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque
de dicto Castro, uel aliunde in Territorio dicti
Castri, mouendo se de loco ad locum, cum armis
offendibilibus insultum fecerit irato animo
ad domum propriam insultati, uel conductam
in dicto castro, uel eius Territorio condemnetur in
uiginti libris den: si quis autem cum dictis
armis aliquem insultauerit, mouendo se de lo-
co ad locum, alibi quam ad domum supradictam
in dimidium dictae penae condemnetur pro qua-
libet uice, quicumque enim aliquem in supra-

tilis locis sine armis insultaverit, movendo se de loco ad locum, pena quinquaginta solid: den: condemnetur pro qualibet vice.

De pena percutientis cum armis, Bastono Lapide et similibus. Cap. 9.

Statuimus, et ordinamus, et hac presenti lege sancimus, quod quicumque de Castro sancti Ioánis vel aliunde, in dicto castro, vel eius Territorio percusserit aliquem cum armis, Bastono, Lapide, Mactono, vel hiis similibus, in capite, et a Collo supra et sanguis exiverit, condemnetur percutiens pro qualibet percussione in libris centum den: si vero sanguis non exiverit in dimidiam dicte pene condemnetur, si vero cocciam capitis fregerit, pena ducentaz libraz den: percutiens condemnet; si quis autem percusserit aliquem cum armis deversis in facie, ex qua percussione signum exinde remanserit, condemnetur percutiens in libris ducentū den: pro qualibet percussione, et signo perpetue remansuro, si quis autem percusserit aliquem cum

suspendiis armis in Collo, et a Collo infra, cum san-
guinis effusione, condemnetur dictus percutiens pro
qualibet percussione in quinquaginta libris den: Si
uero sanguis non exiuerit in dimidia dictae penae
pro qualibet percussione condemnetur, Si quis
autem cum dictis armis aliquod membrum am-
putauerit in libris ducentum den: condemnetur
percutiens pro qualibet membro, Si uero aliqd
membrum debilitauerit, aut de illis offenderit
delinquens in libris ducentum condemnetur, si
autem aliquis alicui personae dentem offenderit
quoque modo irato animo, talis offendens pro qua-
libet dente in decem libris den: condemnetur ∞

De Pena Committentis aliquod malleficium uel iniuriam in personam Potestatis.

Cap. 10.

Volumus enim, et hac lege sancimus, quod quicumque co-
miserit aliquod malleficium, uel iniuriam in perso-
nam potestatis dicti Castri, uerbis, uel factis, condem-
netur in triplum eius, quod condemnaretur, si contra

alium de dicto Castro tale delictum, uel iniuriã commisisset, et plus, et minus, ut Ill.mo consilio Ill.mae Ciuitatis s[ena]rum uidebitur, et contra talem sic delinquentem tenere, praefatus potestas possit, et ualeat procedere usq. ad condemnationem inclusiue, non obstante quod iniuria fuerit in personam suam.

Quod possit procedere per inquisitionem, denuntiam, et accusam, et processus expedire debeat infra triginta dies.

Cap. II.

Item statuimus, et ordinamus, quod potestas dicti C.i possit, et ualeat contra delinquentes procedere per inquisitionem, denuntiam, et accusam, ipsasq. et quaslibet ipsarum diffinire, et terminare infra triginta dies a die inuotationis, et ad hoc ne delicta remaneant impunita, Praefatus Potestas possit et ualeat in dictis causis procedere in diebus feriatis, et nõ feriatis, et dictas denuntiationes, inqui=

sitiones, uel accusationes, prefatus Potestas debeat terminare, quos processus, et quemlibet ipsorum non expedierit per sententiam condemnatoriam, ut absolutoriam, incidat in penam decem librarum den: de suo salario retinendam pro quolibet processu non expedito, et nihilominus nouus, et successor potestas teneatur, et debeat ipsum, uel ipsos processus expedire per sententiam absolutoriam, uel condemnatoriam infra uiginti dies, ab introitu sui offitii numerandos, sub pena predicta.

De Pena Vulnerantis aliquam Bestiam.

Cap. 12.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque uulnerauerit aliquam bestiam Vaccinam, equinam, uel somarinam, uel fregerit aliquod membrum, condemnetur pro quolibet uulnere, et quolibet membro, in libris quinque den: Si uero aliam bestiam, uel animal alicuius uulnerauerit, uel membrum aliquod fregerit, puniatur pena qu=

quagnita solid. den. pro quolibet vulnere, et quolibet membro fracto. Volumus etiam quod in omnib. supradictis casibus damnum emendet patrono dictarum bestiarum, et animalium, secundum extimationem duorum proborum virorum, per partes eligendorum, quos Potestas pena periurij statim cogere debeat ad dictos homines eligendos, si vero aliqua supradictarum bestiarum, vel animalium, ex dictis vulneribus et percussionibus moriretur, talis percutiens in duplum dicte pene condemnetur, et in refectione damni illati patrono dicte bestie, seu bestiarum.

De modo procedendi de similibus, ad similia. Cap. 13.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliquis commiserit aliquod malleficium, vel delictum, de quo non esset provisum, et declaratum in volumine presentium statutorum, et pena statuta non esset, Potestas contra dictum talem procedat, et procedere possit de similibus ad similia, et condemnare illum, vel illos qui tale delictum commiserint secundum magis

simile, et ubi simile non invenientur, proce-
datur per dictam potestatem secundum formam
Statutorum Ill.mis Civitatis Spoleti, et si per
statuta dicte Ill.mus Civitatis etiam non dispone-
ret, procedatur secundum ius commune

De duplicatione Penarum. Cap. 14.

Volumus enim, et hac presenti lege sancimus, qd
pene in omnibus mallefitijs de nocte commissis,
duplicentur, ac etiam in mallefitijs commissis
in platea dicti Castri, que etiam intelligatur
platea, et sit, a porta dicta la porta di fore, per
pontem, et revellinum, et a cantone domus here-
dum Antonelli philippi per directum ad murum
domus heredum petri, et Bartholomei petri, per
directum usq. ad furnum communis inclusive,
duplicentur etiam pene in Mallefitijs commis-
sis in aliqua ecclesia, coram potestate dicti C.
ad luctum mortuorum, ad nuptias, in palatio po-
testatis, in Consilio, ac etiam forensibus in dam: dat,
et extraordinarijs, et mallefitijs, pene dupli-

cantur, tamen quoad comitatini, et districtua-
les spoletani non intelligantur forenses.

De Beneficijs Pacis, Confessionis, et
solut. Cap. 15.

Volumus, et hac presenti lege firmamus, quod qui-
cumq de dicto C.° uel aliunde commiserit ali-
quod mallefitium in dicto C.° et eius territorio,
de quo procederetur contra ipsum per Potestatē
eiusdem Castri, et coram eo ad bancam iuris mal-
lefitior legitime comparuerit, et dictum mallefitiū
commisisse confessus fuerit quandocumq antesen
tentiam, quarta pars pene incurse eidem remictat.
Et si ab offenso pacem habuerit, et ipsam coram po-
testate in publicam formam, uel per fidem nota-
rij inde rogati autenticam produxerit quandocumq
ante sententiam, alia quarta pars eidem remictat.
Si uero dictus delinquens, uel mallefitium commic-
tens post latam sententiam contra ipsum de malle-
ficio commisso infra decem dies a lata sententie
numerandos, solverit penam, in qua condemnatus

extiterit, alia praedicta pars poena remictat[ur] auctoritate praesentis statuti.

Quod Testes examinandi sint, a, quatuordecim annis supra. Cap. 16.

Item statuimus, et ordinamus, quod appellatione ui cuiquis contineatur masculus, et femina, in damnis datis, extraordinarijs, et mallefitijs, femina sit idonea testis ut masculus, dummodo masculus et femina sint a quatuordecim annis supra.

Quod Potestas non possit ferre sententias in criminalibus absq[ue] praesentia duorum ex superstitibus dicti Castri. Cap. 17.

Statuimus etiam et ordinamus, quod potestas dicti Castri, non possit, nec debeat ferre aliquam sententiam in criminalibus, et mallefitijs sine praesentia duorum ex superstitibus eiusdem Castri, sedentium ad bancum iuris mallefitiorum, et cum praesentia duorum aliorum testium ad praedicta sententiam audiendam uocandorum, poena decem librarum den:

de suo salario retinea, pro qualibet uice, qua contrafecerit, et si dicti suprestites adesse non tenuerint, puniantur per potestatem sol. i. pi. ugni ri solid. den: pro qualibet contrafacientte, et nihil ominus potestas facta requisitione de dictis suprestitibus, et habitis dictis duobus testibus sententiam ferre possit, et ualeat pleno iure, debeatq dictus Potestas, ipsam sententiam publicare.

De Pena minorum committentium Mallefitia Cap. 18.

Item statuimus, et ordinamus, quod minores quatuordecim annorum, et minores decem, committentes aliquod mallefitium contra aliquem, condemnetur in dimidiam pene qua condemnaretur maiores quatuordecim annor. simile mallefitium committentes.

De condemnatione non remittenda. Cap. 19.

Condemnatio aliqua contra aliquem lata in totum, uel in partem modo aliquo, directe, uel indirecte, tolli,

remicti, suspendi, Cassari, aut irritari nō pos
sit, aut ei solutio prorogari, et si predicta fierent,
aut aliquid predictorum, non ualeant ipso iure, et
si quis consulent, dixerit uel arrengauerit cō
tra predicta, uel alterum predictorum, in mille
solid: den: uice qualibet puniatur, et nihil.s
et tali consilio, uel arenga nullum existat, et
nullum sortiatur effectum, et ipse potestas ha
beat quartam partem pene, de facto auferen
contra talem arrengantem, uel consulentem, ali
am quartam Commune Ill.s ciuitatis spol. et
ut aliquis non possit indebite grauari, [...]
uamus dicte Ill.i ciuitati spoleti de remiss[...]
condemnatione, siue uel re.

De captione exbannitorum. Cap. 20.

Exbanditum pro aliquo mallefitio, uel delicto
in nostra Curia, postquam fuerit condemnatus qui
libet possit capere, et si fortiis communitatis
dicte Ill.s Ciuitatis spoleti, siue potestatis dñi

Cadat dupliciter seu aliqua pena, et banno, et tali delator habeat quartam partem banni quod solvere tenentur talis delictus.

De Pena Obvrentis Domum, Palleare, Seu Cappannam alterius Cap. 21.

Incendium quod committeretur dolose, in domo seu cappanna ubi aliquis habitaret, quod tunc pena sit in eius dispositione, et reservata Ill.mæ Communitati Spoleti, in infrascriptis autem casibus volumus quod si quis combureret palleare alicuius, incidat in penam quinquaginta librarum den: et damnum emendet patienti in quatruplum.

Quod Potestas possit procedere in omnibus Malleficijs. Cap. 22.

Potestas Communis dicti Castri possit et valeat auctoritate presentis capituli statuti, pro bono liceat procedere in omnibus malleficijs, culpis, et delictis, quæ committerentur tempore ipsius officij, infra annum in districtu dicti Castri; vel extra per

accusationem, denuntiationem, et inquisitionem,
et quamlibet ipsarum, tam ex officio, quam ad pro=
motionem cuiuscumque personae, fama publica prae=
cedente, vel non, et per omnem aliam viam vel
modum, quam ipsi videbitur convenire, et dum=
modo de dam: datis in fructibus alienis, aut
bladibus per inquisitionem procedere non valeat
nisi ad petitionem dam. passi, qui iurare te=
neatur, quod calumniose procedi non petit, et
postquam accusationes, seu denuntiationes fuerint
cum iuramento exhibitae, seu factae, nullus pos=
sit extrahere, vel defendi, per denuntiatorem,
vel patrem eius, Et quod omnes et singuli
processus malleficiorum, excessuum, delictorum,
et dam. datorum, factorum et fiendorum per dictum Pote=
statem non possit, nec valeat occasione alicuius
solemnitatis, vel substantialitatis omissae nulli
seu vitiari, aut aliquatenus annullari, dummodo
de mallefitio constet, ad hoc ut exinde possit
sequi pena, qui Potestas formato processu adie
iudicationis processus, debeat dare, et consigna=
re copiam totius processus Cammerario dicti

Castri, cum presentia duorum Testium, qui Camerarius teneatur eum manutenere, et ostendere loco et tempore, et si dictus fit predictus proassus non ualeat, et in penam contra quam proceditur, Potestas in fine sui officij puniatur, et predicta locum habeat in mallefitijs comessis, seu cõcedendis dicto communi dicti Castri, per Ill.^{mam} Communitatem Spoleti, exceptis casibus infrascriptis, Vz homicidijs, furtis, rubbarijs, mulierum uiolationibus, incendijs, et falsitatibus, quia cognitio, et pena supradictorum casuum spectant et pertinent ad Ill.^{mam} Communitatem Spoleti.

De Pena facientis falsum Testimonium. Cap. 23.

Falsum testimonium contra aliquem si quis fecerit, aut tulerit in aliqua causa Ciuili, uel Criminali puniatur in uiginti libris den:, et damnum quod qs dicta de Causa substinuerit, patienti illud emendet in duplum.

Quod filius familias possit in Iuditio interesse. Cap 24.

Maiores quatuordecim annorum tam filij famillias, quam alij possint suo nomine in Iuditio interesse, et stare, agere, et defendere, petere, siue excusare, et omnia alia et singula facere, operari, exercere, quemadmodum possunt maiores uigintiquinq annorum, et pater familias, et possint denuntiare, et accusare de iniurijs eis illatis, et de dam. datis in bonis paternis, absq sui patris presentia, uel consensu, et q̃d occasione absentie sui patris, atq consensus nõ prestiti, seu minoris etatis, aliquis processus uitiari, tolli, seu annullari non possit.

De pena receptantium exbannitos.

Cap. 25.

Exbannitum cõmunis Castri sancti Ioannis occasione alicuius mallefitij, uel delicti, nemo de ipso Castro, uel eius districtu receptare possit si quis autem contrafecerit in premissis, si exbanditus fuerit in decem libris den: condemnatus, aut ab inde infra, soluat qualibet uice

solid: uiginti den: si a decem libris supra, centu den: solid: et si pater, mater, et uxor exbanditi aut ipsor alius huiusmodi receptatione fecerit, uice qualibet similes penas soluant, predictis distinctionibus obseruatis

Quatr inter coniunctos commissis mallefitijs procedat.

Cap. 26.

Super Mallefitijs, excessibus, et delictis, que accideriet commicti inter familiares, seu coniunctos, uel attinentes usq in secundum gradum consanguinitatis ex parte patris, uel matris, dicto, uel facto, potestas dñi Castri procedere non ualeat contra committentes, nisi iniuriatus ad iniuriam reuocauerit, aut procedi fecerit, et accusauerit, et etiam de robbaria, uiolentia, et percussionibus inter tales consanguineos, cum sanguinis effusione factis, commissis, et habitis, contra committentes predicta, uel aliud predictorum, per Potestatem procedatur, et procedi possit, ac debeat, tamquam contra extraneos, et inter se nullatenus attinentes per omnem modum, et uiam, quam tali offenso uidebitur, et placebit

De Pena assotiantis Malefactores.

Cap. 27.

Assotiare Malefactorem aliquem, aut receptare, seu eidem dare, et prestare quomodolibet auxiliũ, consilium, vel favorem nemo debeat, vel presumat, si quis aliquatr contrafecerit in premissis, aut aliquo premissorum, puniatur simili pena, quam solvere deberet talis malefactor occasione commissi mallefitij. et si quam domum intraverit ab aliquo habitatam, habitator talis domus eumdem malefactorem entrantem capere teneatur, et si fortiam curie dicti c. ducere, ad penam predictam communi dicti c. solvere teneatur in casu contraventionis

Quod Potestas non possit aliquem cogere ad aliquod malleficium confitendũ absq. aliquo inditio vel probatione.

Cap. 28.

Cogere aliquem ad confitendum aliquod mallefitiũ

vel delictum Curia non possit nec debeat, nisi probatum esset contra malefactorem dicto unius Testis de visu, aut fama publica quatuor Testium, quo dicto unius Testis de visu, vel fama publica quatuor Testium habili, et probati, Curia possit et valeat contra malefactorem procedere ad confessionem mallefitii faciendam, dummodo tales testes non attineant iniuriato usque ad Tertium gradum consanguinitatis, vel affinitatis, et Potestas possit procedere sine tortura, cogendo eum quem duxerit cogendum saltim per tres dies, ad hoc ut veniat ad confitendum delictum.

De pena committentis aliquod mallefitium contra aliquem ratione offitii per eum gesti in Commune. Cap. 29

Committentes aliquod Mallefitium, excessum, contraversiam, iniuriam, vel delictum contra aliquos, occasione alicuius offitii per eos gesti puniatur in duplici pena quam si contra alios huiusmodi Mallefitium, vel delictum commisissent.

De Pena receptantium [illegible] male fame.
Cap. 30.

Furem, Latronem, Meretricem, Lenonem, aut aliquam
alium male conditionis, conversationis, secutus,
vel fame in dicto Castro, vel eius districtu ultra
unam diem nemo audeat receptare, ad penam
centum solid: den: pro qualibet die, et quo=
libet contrafaciente aliquatenus in premissis, et
Potestas teneatur singulis mensibus inquire=
re de premissis, et repertos culpabiles punire,
et condemnare in penam superius declaratam.

De Pena petentis sibi solutum.
Cap. 31.

Rem aliquam, seu pecunie quantitatem, Cammere
dicti Comunis, aut alicui alie persone si quis
petierit, de qua vel extimatione ipsius ats fu=
erit solutus, aut aliquatenus satisfactus, duplum quan=
titatis, seu extimationis rei petite ab eo cam=
merario dicti communis, pro ipso Communi

[illegible], sine diminutione aliqua solue-
re teneatur, et cogatur per Curiam dicti Castri.

Quod nullus rumpat pacem.

Cap. 32.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumq; fecerit pacem cum aliqua persona, pacem perpe-
tuam ratam, et firmam teneat, et nullus contra pacem factam venire debeat, vel ipsam pacem rumpere presumat, et qui contrafecerit ultra penam contentam in instrumento pacis, soluat viginti quinq; libras den: vice qualibet, et quo-
libet contrafaciente.

De pena non probantis accusam.

Cap. 33.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumq; accu-
sauerit aliquam personam de aliquo maleficio, vel delicto, et non probauerit ipsam accusationē,

48v

puniatur eadem pena, qua puniendus esset ille, quem accusaverit, si maleficium de quo accusatus fuerit, non commisisset.

De pena intrantis vel exeuntis aliunde quam per portam. Cap. 3

Item statuimus, et ordinamus, quod nulla persona de dicto Castro, et eius Territorio, vel aliunde, audeat vel presumat introire dictum Castrum, vel exire aliunde quam per portam ipsius Castri, ad penam viginti quinque librarum den., et cuilibet liceat contra delinquentem denunciare et accusare, et eius accusationi credatur cum uno teste fame, et fide digno, et eius nomen teneatur secretū et habeat quartam partem banni.

De Forensibus, et Terrigenis alienantibus domos in dicto castro, et pena ipsorum, et eius po-letini nō intelligantur forenses. Cap. 5.

Quoniam pro manutentione dicti Castri sancti Ioannis et quiete hominum eiusdem Castri, expediens

[illegible] sit domus existentes in dicto Castro non alienentur, vel uno successionis, seu alio in forensium iure transeant, Ideo prefati statutarii statuerunt, et auctoritate presentis statuti ordinaverunt quod nullus demceps de dicto Castro audeat, vel presumat vendere, pignorare, permutare, vel alio modo alienare alicui forensi aliquam domum, quam habeat in dicto Castro, et nihilominus Cives spoletini non intelligantur forenses, et qui contrafecerit incidat in penam florenor. monete quinquaginta, ipso facto per alienantem, pignorantem, vel permutantem ut supra incurrendam, et medietas dicte pene sit Ill.me Communitatis spoleti, et alia medietas sit Communis dicti Castri sancti Joannis, et nihilominus ipsa venditio, pignoratio, permutatio, vel alienatio non teneat, nec valeat ullo modo, immo sit nulla, et inanis, et nullius roboris, vel momenti, et dicta domus alienata, pignorata, et [illegible] ut supra, ipso facto sit applicata pro medietate Ill.me Communitatis spoleti, et pro alia medietate communi dicti Castri, Volentes etiam prefati statutarii quod si aliqua mulier de dicto Castro nubere

contingeret alicui forensi, et ordine successio
nis, uel alr haberet aliquam domum in dicto
Castro, quod tunc, et eo casu dicta mulier non
possit nec ualeat aliquo modo in dotem dare
eius uiro forensi dictam domum. Et decedente
aliquo de dicto Castro, cui ab intestato, seu
iure donationis, uel alr aliquis forensis suc=
cederet, domus que remaneret in hereditate,
et bonis dicti decedentis, sit et esse intelli=
gatur ipso iure extra dictam hereditatem,
et bona, et in ea aliquo pacto succedere nõ
ualeat aliquis forensis, sed in utroq casuum
predictorum dicte domus intelligantur, et esse
debeant dicte Ill.ris Communitatis spoleti, et com=
munis dicti Castri sancti Ioannis, et illis pleno
iure applicentur, adeo quod iure aliquo domus
existentes in dicto Castro, aliquo tempore
peruenire non possint in aliquem forensem, sed
perpetuo et omni tempore sint, et esse debeat
dicte Ill.ris Communitatis spoleti, et communis dicti
Castri sancti Ioannis.

De pena extrahentis terminos vel eos amouentis. Cap. 36.

Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro, vel alumnis in terr.ria dicti Castri tante temeritatis existat, quod audeat vel presumat extrahere, vel amouere aliquem terminum iacentem in terra inter bona aliquorum, et qui contrafecerit, puniatur pro qualibet vice, et quolibet termino pena decem librar. den: et Potestas qui pro tempore fuerit, sub dicta pena, de suo salario retinenda, teneatur et debeat dictum delinquentem statim cogere ad remittendum, et infingendum terminum sic extractum in eo loco de quo extraxerat.

De pena molestantis aliquem in tenutam, datam, vel captam per curiam. Cap. 37.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus audeat vel presumat aliquo modo inuadere, vel apprehendere, vel molestare suo creditori bona in tenuta

data, et apprehensam per [illegible] ad instantiã dicti creditoris, pena centum solid: den: puniatur pro quolibet uice, et quolibet contrafaciente et nihilominus statim ipsam tenutam inuasã, et apprehensam restituere ad mandata dicti potestatis, et relaxare debeat, sub dcã pena.

De pena committentis homicidium Cap. 38.

Item statuimus, et ordinamus, quod si quis commiserit homicidium, capitali pena condemnetur, et si in fortiam curie peruenerit, caput a spatulis amputetur, ita quod penitus moriatur, et omnia eius bona confiscentur Ill.re comunitati spoleti, reseruata tamen legitima filijs, uel nepotibus, et prestantes auxilium, Consilium, uel fauorẽ in committen homicidium, simili pena puniatur, et condemnentur.

Quod coẽ spoleti possit imponere penam in casibus nõ repertis in preseñ statuto Cap. 39.

Liber Tertius

Item statuimus, et ordinamus, quod de omnibus et singulis delictis, et mallefitijs, de quibus nulla mentio esset in presenti volumine statutorum, sit ea pena, que imponeretur per Ill.^rem communitatem spoleti non obstante aliquo Capitulo in contrarium faciente.

Quod omnes pene applicentur comuni spoleti, non obstante aliquo statuto in contrarium loquente, nisi aliter fuerit ordinatum per coe spoleti. Cap. 90.

Item statuimus, et ordinamus, quod omnes et singule pene incurrende quomodolibet per quascumque personas, tam ex forma statutorum, quam aliter sint Ill.^ris Communitatis spoleti, non obstante quod supra in aliquibus capitulis applicentur comuni sancti Ioannis, et quod coe s.^ti Ioannis eam ratam penarum mallefitiorum, et aliarum predictarum commitendarum habeat, et habere debeat, quam ei ex gratia a dicta Ill.^e communitate fuerit concessa.

De pena blasfemantis deum, beatam

Virginem, vel sanctos. Cap. 4. i P

Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro sancti ioannis, vel aliunde, in dicto castro, et eius Territorio audeat, vel presumat eternam ledere maiestatem, et quod nullus audeat, vel presumat blasfemare omnipotentem deum, nec gloriosam eius matrem Virginem Mariam, his verbis V3 vel similibus, sia maledetto, sia scunfetto, ad onta, à, dispetto de dio, ò della Virgine maria, puniatur pro qualibet vice, et quolibet verbo pena uiginti bononenorũ denarior3, qui vero nominaverit, vel iuraverit per corpus, per sanguinem, et similia, vel per partes disonestas, puniatur pro quolibet verbo, et qualibet vice, pena decem bononenor3 den: Qui vero alios sanctos, vel sanctas Dei blasfemaverit, maledixerit, vel iuraverit ut supra, puniatur pro quolibet verbo, et qualibet vice, si maledixerit, scunfixerit, adontaverit, et similia, in pena quinque bononenor3, de quib3

Liber Tertius

penis tertia pars sit ecclesiæ dicti castri, alia tertia potestatis pro tempore in dicto Castro existentis, et alia tertia pars Communitatis eiusdem Castri.

Quod nullus de d.o c.o possit alienare domos vel possessiones foren. Cap. 4i statuti veteri

Item statuimus et ordinamus quod nemo de d.o c.o possit alienare forensibus domos vel possessiones sitas in d.o c.o eiusque tenimento sine licentia communis seu d.i c.i etc. Cives seu incolæ non intelligantur forenses et si contrafecerit contractus non teneat nec valeat et pretium rei alienatæ et res alienata sit ipso iure comis seu d.i c.i pro ... [illegible]

Flavius Gelasius Canc.

Visa per me infrascriptum advocatum ... infrascripta capitula huius tertij libri et sunt confirmanda addito in cap.o quod prohibente alienationes in forenses quo in dicto libro et non alibi nec alio modo confirmetur.

Incipit Liber quartus extraordinariorum

De Pena non Custodien[tium] festiuitates.

Cap. i

Statuimus, et ordinamus, quod in Castro sancti Io-
annis predicti, et eius territorio tam homines
de dicto Castro quam forenses, teneantur, et debeant
custodire, et venerare omnes infrascriptos dies, et
festiuitates, et ab omni fabrili opere se abstinere
s[cilicet] diebus Dominicis, omnium sanctorum, omnibus festi-
uitatibus gloriosissime virginis Marie, preter q[uam]
festiuitatis dicte gloriosissime marie Virginis de men-
se iulij, in quo die unicuiq[ue] liceat triticum [illegible]re
sine incursu alicuius pene, Natiuitatis Dni nri Iesu
Christi, sancti stefani, sancti Ioannis euangeliste,
Innocentium, S[ancti] silvestri, Circumcisionis domini, Pa-
scatis Epifanie, sancti sebastiani, sancti Iosephi,
pascatis resurrectionis cum duobus diebus sequentibus,
Ascentionis domini, Pentecoste cum duobus diebus se-
quentibus, Corporis Christi, Gloriosi sancti pantiani, S[ancti]
Michaelis archangeli, de mense septembris, Omnium
apostolorum, et euangelistarum, sancti Ioannis Bapte

Statutorum

Diebus veneris et mense Martij tempore qua-
tracesime, sanctorum Maccarij et burdoni, diebus
festiuitatum nobis à sancta matre ecclesia [illegible]
tis, et qui contrafecerint puniatur in decem [illegible]
den: pro quolibet, et qualibet uice, liceat tn
unicuiq. diebus supradictis, excepto die dominico,
herbas, et rosmen pro bestijs facere, et reporta-
re, absq. aliqua pena, et banno.

De pena Ludentium ad aliquod ludum prohibitum. Cap. 2.

Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Ca-
stro, uel eius Territorio, audeat, uel presumat
ludere ad aliquod ludum cartaz, taxillos, aut
aliud ludum prohibitum, pena decem solid: den:
pro qualibet contrafaciente, et qualibet uice.

De pena non euntis cum candelis accensis in Vigilia s.ti Joannis Baptiste. Cap. 3.

Item Statuimus, et ordinamus, quod ad honorē

et laudem gloriosissimi sancti Ioannis Baptiste unus homo ad minus pro qualibet familia Castri praedicti teneatur, et debeat ire cum candelis, sine cereo accensis in vigilia dicte festivitatis ad ecclesiam dicti Castri, pena quinq; solid: den: pro quolibet contrafaciente, et Potestas qui pro tempore fuerit teneatur facere requisitionem, et inobbedientem punire, nisi iustam habuerit excusationem, pena periurij.

De pena garrentis in Consilio vel Arenga. Cap. 4.

Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro audeat, vel presumat scandere verba, vel garrire, aut rumorem facere in Consilio vel arenga dicti Castri, pena quinq; solid: den: pro quolibet, et qualibet vice. eodem

De pena deguastantis, vel appresendentis viam. Cap. 5.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus de

dicto Castro, uel aliunde, in pertinentijs dicti Castri, audeat, uel presumat deguastare Viam Communis, uel uicinalis, nec appresendere, uel incidere, nec aliquo modo offendere dictam Viam; pena quinquaginta solid. den., de facto a delinquente, et contrafaciente auferen. pro quolibet, quolibet uice, et Vice qualibet, et nihilominus iudicio Viariorum qui pro tempore erunt dictus delinquens actare, et reficere teneatur in termino eis prefigendo per dictos Viarios, sub pena et ad penam arbitrij Potestatis.

De incisione fienda de arboribus, et sepe pendent supra Viam, uel possessionem alterius. Cap. 6.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua arbor ut sepis alicuius penderet, uel staret super aliquam uiam communalem, uel uicinalem, uel à latere dicte Vie, uel supra possessionem alterius, ita quod transeuntes per Viam, uel possessionem

iuum soluis, uel eius impedirentur, Potestas,
et Vicarii qui pro tempore fuerint, teneantur,
et debeant per dominum arboris, aut ipsis inci-
di facere prout eis videbitur oportunum, ad pe-
titionem cuiuscumque petentis, et qui in termino ei
praefigendo per Potestatem et Vicarios non incise-
rit uel admouerit puniatur pena viginti solid:
den: et nihilominus admouere, uel incidere teneatur,
et totiens puniatur quotiens mandatum praefato-
rum spreuerit in praedictis.

De Pena deguastantis, uel offendentis Ripam possessionis alterius. Cap. P.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque offen-
derit, uel deguastauerit ripam possessionis alteri-
us, puniatur pena quinque solid: den:, et eodem
die si ei mandatum fuerit per potestatem refi-
cere, et aptare teneatur sub dicta pena, et potestas
in praedictis procedere non possit, nisi ad querelam
uel accusam damnum passi.

De Pena facientis immunditiam in Puteo, Fonte, vel Fosso magno. Cap. 8.

Item hac Lege sancimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro, vel aliunde, audeat, vel presumat in fontem novam, et eius abbeveraturium, ac Puteum, et fossum magnum dicti Communis aliquam immunditiam facere, pena viginti solid: den: pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice, de facto auferen.

De Pena Piscantis, vel deguastantis Pischeriam alicuius Banditam. Cap. 9.

Item Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro, vel aliunde, audeat, vel presumat piscare aliquo modo, ingenio, sive rete, vel deguastare pischeriam, seu piscinam alicuius pena Centum solid: den: pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice, dummodo dicta Pischeria, seu piscina fuerit bandita, et notificata, et

G

ad librum Communis appareat manu Potesta=
tis dicti Castri .

De Pena Colligentis letamen ante domum
alterius . Cap. 10.

Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro,
uel habitans in eo, et eius Territorio, possit, nec
debeat colligere uel adunare Letamen, siue
fimum ante domum sui conuicini ultra dimi=
dium Vie uersus conuicinum, pena quinq. solid:
den: pro quolibet, et qualibet Vice, Contra quē
Potestas procedere non possit, nisi per accusa=
tionem dicti conuicini cum iuramento, cui ac=
cusationi credatur pleno iure, et Letamen sta=
tim restituere debeat dictus auferens eius
Conuicino querelanti .

Quod superstites qui pro Tempore fuerint
teneantur quolibet anno in festo sancti
Joannis Baptiste presentare duos Cereos . Cap. 11.

Item statuimus, et ordinamus, quod supreſtites qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant de pecunijs communis dicti Castri quolibet anno in festo sancti Joannis Baptiste, V3 ad missam presentare, et largiri duos Cereos Cere ualoris quinq librarum denariorum, quos Cereos post celebratum officium deponere faciant penes Massarium Communis dicti Castri, ut ad laudem Dei in festiuitatibus in dicta ecclesia celebrandis operari possint, et debeant.

De Pena portantis Arma per dictū Castrum. Cap. 12.

Hac Lege sancimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro sancti Joannis audeat, uel presumat portare aliquod genus armorum offendibilium per dictum Castrum, nec per Ricellinū usq ad portam, detta la porta de fora, et qui contrafecerit, puniatur pena decem solidorum

den: pro qualibet vice, et si forensis per dicta loca arma offendibilia portaverit post prohibitionem ei factam per custodes, simili pena puniantur, et si custodes permisserint aliquem forensem intrare dictum ricellinum cum dictis armis sine licentia Potestatis, puniantur pena unius bononeni pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit.

De pena deviantis aquam de cursu suo. Cap. 13.

Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro vel aliunde, in territorio dicti Castri audeat, vel presumat deviare aquam de cursu suo, pena decem solid: den: de facto soluendorum, et dictam aquam in pristinum cursum remictere debeat ad mandata potestatis, qui quidem Potestas procedere debeat pena periurij super predictis ad petitionem cuiuscumque petentis et non aliter.

De Arbitrio Potestatis. Cap. 14.

Item statuimus, et ordinamus, quod Potestas qui pro tempore fuerit, possit, et valeat, et ei pleno iure liceat auctoritate presentis Statuti pro eius off.o exercendo, cuilibet persone dicti Castri, vel commoranti in eo, vel territorio ipsius, precipere, et penas imponere totiens, quotiens ei videbitur expedire, usq. in quantitatē quinque libraꝵ den: auferendaꝵ a quolibet cōtrafaciente pro qualibet vice de facto.

De esemptione Studentium literas.
Cap. 15.

Statuimus, et ordinamus, quod quicumq. de dicto Castro studuerit, et operam dederit scientie Literali, tempore quo studuerit, non teneatur facere aliquam factionem, et operam personalem dicto Communi.

De Pena retinentis scrofas, et Porcos.
Cap. 16.

Liber Quartus

Item statuimus, et ordinamus, quod si qua fami-
lia de dicto Castro foret a decem et otto perso-
nis supra, qui morarentur, habitarent, et starent in una
eademque domo, et familia, possit, et valeat reti-
nere in dicto castro, vel eius territorio Porcos tres
pro usu, victu, et gubernatione sue familie, et
si à decem et otto personis infra aliqua fami-
lia foret, non possit retinere in dicto castro, et
18. eius territorio, nisi duos porcos pro gubernatione,
usu, et substentatione sue familie, et qui contra-
fecerit, incidat in penā decem libraꝝ den. Vole-
mus etiam, et hac lege sancimus, quod nulla
persona tam terrigena quam forensis, audeat, vel
presumat aliquo tempore in dicto Castro, et eius
territorio retinere aliquam scrofam aptam ad fa-
ciendum suellos, sub pena et ad penam decem
libraꝝ den. de facto auferendaꝝ a quolibet co-
trafaciente in predictis.

De Pena retinentis Porcos in Territorio

59v

Statutorum

dicti Castri. Cap. 17.

Statuimus et ordinamus, quod si quis de dicto Castro duxerit capras in Territorio dicti Castri vendendi Causa, possit ipsas in dicto territorio retinere per quindecim dies continuos, numerandos a die quo duxerit in dicto Territorio, sine aliqua pena, et banno, etiam si essent capre fetantes, nō obstāte capitulo precedente.

De Pena retinentis Capras. Cap. 18.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro audeat, vel presumat in territorio dicti Castri retinere aliquam bestiam Caprinam, exceptis Macellariis, qui retinere possint eas temporibus congruis ad macellandum, et quod unusquisq; de dicto Castro possit Capras ducere in Territorio dicti Castri vendendi Causa, in quo solum per tres dies continuos eas retinere possit, et nō ultra, ac etiam unusquisq; possit retinere unam Capram lattandi Causa, vel ligatam, et in possessione

ipsius retinentis, et non alii, nec alio modo, et qui in aliquo predictorum contrafecerit, in decem libris den: puniatur.

De Pena Bestiarum extrantium in Cimiterio alicuius ecclesie. Cap: 19.

Item statuimus, et ordinamus, quod si aliquis porcus fuerit per Potestatem, uel eius officialem inuentus stare in aliquo Cimiterio, existente in dicto Castro, et eius Territorio, patronus ipsius pena decem solid: den: puniatur pro quolibet porco, Capra, et Sirco, et qualibet oue, si autem aliqua alia bestia grossa, uel matta pecudum patronus puniatur pena quinq solid: den: pro qualibet bestia grossa, uel matta pecudum et qualibet oue, qua fuerit inuenta ut supra stare in cimiterio, uel ecclesia, et matta intelligatur de sex pecudibus.

Quod si quis staret ad seruitia aliena

extra dictum Castrum, uel minus, soluat
Communi bon: Viginti. Cap. 20.

Statuimus autem, et hac Lege sancimus, quod si qua persona de dicto Castro staret ad patronum siue per famulum, et esset etatis fauende cust: ad dictum Castrum, aut off.m uel aliam artem exercuerit lucrandi Causa, soluat dicto Communi pro quolibet anno bonorenos Viginti, et si minus tempus steterit, soluat pro rata temporis, sed si staret domi, teneatur facere custodiam ut alij de dicto Castro.

Quod Potestas teneatur solui facere omnes Collectas, et condemnationes suo tempore impositas, et factas. Cap. 21.

Statuimus, et ordinamus quod Potestas predictus teneatur, et debeat pena centum solid: den: de suo salario retinendor, solui facere omnes coltas, et condemnationes factas hominibus et personis dicti Castri, ac etiam forensibus repertis

et accatastatis in Catasto dicti Communis, et que pro tempore imponerentur, et quicumque de dicto Castro vel aliunde haberet aliquam possessionem ad laboritium, seu laboraverit eam et esset dominum, et personam non habitantium in dicto Castro, et eius territorio, teneatur, et debeat solvere datias, et collas, impositas, et imponendas per dictum Commune sine aliqua exceptione, et Potestas predictus teneatur sub dicta pena ipsum, seu ipsos laboratores cogere ad solvere dictas datias, et Collectas, et alias factiones facere, ad que teneretur dominus dictarum possessionum si adesset, Possitque dictus Potestas pro predictis exequendis penas imponere, executiones tam reales, quam personales facere totiens, quotiens sibi oportunum videbitur.

De pena non retinentis Belancias, Stateras, et alia pondera et mensuras Justas. Cap. 22.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumq in
Castro sancti ioannis, et eius Territorio vendere
voluerit ad pondus, et mensuram, teneatur, et
debeat retinere iustam stateriam, bilanccias, pe=
sas, et mensuras, pena quinquagintа solid: den:
pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice, et
teneatur et debeat iuste ponderare, et mensu=
rare, et qui contrafecerit, per potestatem dicti c:
puniatur pro qualibet uncia defraudata, et
minoris ponderis et mensure data dicta pena
quinquaginta solid: den: de facto et sine dimi=
natione aliqua, et Potestas in predictis debeat di=
ligenter inquirere, pena prestiti iuramenti.

Quod si quis amicaverit alicui personam vel cum bestijs steterit, et pactum non fecerit nil habeat. Cap. 23.

Item statuimus, et ordinamus, quod si aliquis de
dicto Castro auxiliatus fuerit alicui persone de
dicto Castro ad aliquam operam manualem, vel
bestias comprestaverit, et pactum non fecerit,

de salario, et etiam de vectura animalis, nō possit pro dictis operibus, seu vecturis aliquid petere, nec per curiam cogi facere aliquo modo, sumpta presumptione quod fecerit animo non lucrandi ut facciunt boni amici, et benevoli vicissim inter se.

De Pena non euntis ad Consilium. Cap. 24.

Statuimus etiam, quod ad consilium totiens, quotiens fiendum in dicto Castro, debeat accedere, et adesse unus homo pro quolibet foculari, et familia, nisi iustam Causam habuerit absentie, pena quinq. solid: den: pro quolibet contrafaciente, et qualibet vice, et si dicti Consiliarij pigri, et negligentes fuerint, et non venerint ad dictum consilium ante requisitionem fiendam per dictū ...tatē puniatur quilibet negligens in nō veniendo, pena unius solid. den:, et si venerint post lectas propositas, pena duorū solid: den: puniatur pro qualibet vice.

De Pena non facientis Custodiam. Cap. 25.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque de dicto Castro positus ad custodiam vicessim facere tangente, et non fecerit, puniatur, si fefellerit de die pena decem solid: den:, si de nocte, viginti solid: den:, exceptis solum qui solvunt commun: ad annum pro dicta custodia non facienda, et pro qualibet vice qua fuerint puntati, et requisiti, et ad custodiam non steterint contrafaciens puniatur pena sex den: a die usq. ad medium diem

De Pena retinentis Letamen in Via Communis. Cap. 26.

Item statuimus, et ordinamus, quod nulla persona de dicto Castro, vel habitans in eo, possit retinere Letamen, sive fimum in via communis intus dictum Castrum nisi per tres dies continuos postq. extraxerit de stabulo, pena duor. sol:

den: pro qualibet vice, et Potestas qui pro tempore fuerit, teneatur, et debeat bis in ebdomada inquirere etiam cum iuramento si voluerit, et oportunum sibi videbitur, et repertos culpabiles punire ut supra.

De Pena recusantis ire in oratorem requisiti a superstitibus. Cap. 27.

Statuimus, et hac lege sancimus, quod superstites dicti Castri possint, et valeant precipere cuicumque eis videbitur de dicto Castro idoneum esse pro utilitate dicti Communis mitti in orem, cui pro salario concedatur custodie tot, quot declarabunt ipsi superstites mereri, et aliud petere non possint, et qui parere, et in oratorem ire noluerit puniatur per potestatem dicti castri pena viginti solid: den: et hoc non intelligatur nisi ubi potest ire, et redire in uno die.

De Pena non euntis ad operam Cois. Cap. 28.

Statuimus, et ordinamus, quod unusquisq; de dicto Castro teneatur, et debeat viã ad operam fieri per Commune, et portionem sibi tangentem facere, et perficere pena decem sold. den: pro quolibet contrafaciente, et nihil̃ facere, et perficere teneatur dictam eius portionem infra tempus ordinan per ipsos supraestites, qui possint ipsas operas, seu fattiones accottimare et fieri facere sumptibus non facientis.

De Pena retinentis aliquam Bestiam Pecudinam in Terr.rio dicti Castri.

Cap. 29.

Quoniam pro utilitate evidenti hominum, et bonorum dicti Castri, providendum esse censemus, ideo hac lege sancimus, et ordinamus quod nullus de dicto Castro, nec aliunde tante temeritatis existat in futurum, quod audeat vel presumat in dicto Castro vel eius Terr.rio retinere aliquã Bestiam pecudinam, pena decem librarum denariorum

consentientium a contrafacientibus toties quoties fuerit inventus contrafacere vel venire aliquo alio Capitulo non obstante

De pena non retinentis porcum ligatum intus et extra dictum Castrum.

Cap. 30.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumq de dicto Castro, vel aliunde, habens bestias porcinas in dicto Castro vel eius Terr.^rio^ teneatur et debeat a festo sancti angeli de mense Maij, usq et per totum mensem Iunij, et deinde a Calendis nobris, usq ad festum sancti Bonne de mense 8bris ipsos porcos retinere ligatos, vel clausos, pena qnq solid. ... pro qualibet vice, et quolibet porco invento non clauso vel ligato, nisi patronus ipsos insequeretur Causa ligandi, vel remictendi, tunc aliqua pena puniri non possit aliquo modo.

De Pena pascentis in possessionibus bannitis. Cap. 31.

Statuimus, et ordinamus, quod unusquisque de dicto Castro liceat bannire facere totum tres modiolos terre pro qualibet focularii, et ab uno latere petij terre, et non possint dictas terras bannire nisi in Calendis mensis martij, et per totum mensem iunij, et ille bestie que post dictum bannimentum in dictis terris banditis pasquerent seu personati contra voluntatem dni terre transiverint, dns dictarum bestiarum, qui transiverint per eas puniantur pro qualibet vice et qualibet bestia pena duorum solid: den: dummodo bamdimentum predictum notificetur Potestati dicti Castri, et per ipsum in eius libro scribatur.

De pena adiacentium non actantium pontem, et pontes sibi tangentes.

Cap: 32.

Item statuimus, et ordinamus, quod quilibet de dicto Castro teneatur, et debeat actare pōtē

sibi altare tengentem cum socijs suis, ut moris est in termino per statutos assignando pena quinque solid. den: pro quolibet contrafaciente, et qualibet uice, et hisil.s altare teneat dictum pontem; non obstante aliquo alio Capitulo in presenti statuto descripto.

De pena deniuantis aquas fluentes in foueo Cois, uel paratas deguastantis.

Cap. 33.

Item statuimus et ordinamus, quod nullus audeat, uel presumat deniuare aquam uenientem in foueo Communis, nec paratas deguastare, pena decem solid: den: et suprestites qui pro tempore fuerint teneantur, et debeant inquisitionem facere coram potestate dicti Castri totiens, quoties ad eorum notitiam peruenerit dictam aquam deniuatam, seu paratas deguastatas fuisse, et Potestas predictus teneat, et debeat diligenter examinare, et repertos culpabiles punire ut supra, pena periurij.

Quod quisq. teneatur remittere aquam damnificantem Viam, et adiacentes teneantur aptare et remittere. Cap. 34.

Item statuimus, et ordinamus quod ubicumq. in Territorio dicti Castri aqua damnificaret uiam Communis, adiacentes dicte Vie teneantur et debeant ipsam aquam remouere, et in pristinū cursum remittere, Viasq. damnificatas aptare iudicio Viarioꝝ, pena decem solid: den.

De Pena facientium seu procientium ali-quam immunditiam in puteo, uel fonte dicti Castri. Cap. 35.

Statuimus etiam, et ordinamus quod turpitudinem, seu bructuram aliquam in aliquo fonte existente in dicto Castro uel eius Terr.° aut in aliquo puteo nemo faciat, nec in fonte aliquo mictat bariles, bigontios, et similia, lauet olera, seu pannos in eo, nec prope dictum fontem aliquod immundum, uel turpe lauet, peña quinq. solid: den: pro quolibet cō-

trafaciente, et qualibet vice, statuentes etiam quod prope aliquem fontem nemo audeat macerare Canepam, seu linum ad maceran(dum) vicitas per quatuor perticas, pena viginti solid: den:,

De pena forensium locantium beccariam dicti Castri. Cap. 36.

Quoniam expedit pro bono, pace, et quiete hominum dicti Castri alicui forensi beccariam, et macellam non locare, Ideo hac Lege sancimus, et ordinamus, quod nullus forensis, nec aliquis alius qui non esset oriundus in dicto castro, quoquo modo, vel quesito colore possit nec debeat dictam beccariam facere, vel exercere, et conducere per se nec per alium, nec esse in societatem cum aliquo de dicto Castro ipsam beccariam conducentem, pena viginti quinq librar den: a dicto forense auferendorum de facto, si in fortiam curie pervenerit, et eadem pena puniatur ille de Castro

predicto, si ipsum forensem remiserit, uel habuerit in societatem ad dictum Macellum, seu beccariam exercen quoquomodo, nisi ex decreto generalis Consilij Ill.s Ciuitatis spoleti licentiam habuerit, uel numeri hauctoritatem habentis.

De Pena abbeuerantis Bestias in fonte Communis. Cap. 37.

Item statuimus, et ordinamus, quod nulla persona audeat, uel presumat aliquo tempore abbeuerare aliquam bestiam ad aliquem fontem communis, pena quinq solid: den: pro qualibet bestia, et qualibet uice, statuentes etiam quod si bestia alicuius inuenta fuerit bibere ad aliquem fontem communis predicti, aut denuntiata, uel accusata per aliquem de dicto Castro, dominus dicte bestie in dictam penam quinq solid: den: incurrat pro qualibet bestia et qualibet uice, superstites uero qui pro

qui pro tempore fuerint, teneantur, et debe=
ant, possint, et valeant auctoritate presentis
Capituli de predictis inquisitionem facere, ac
denuntiam producere, coram potestate eiusdem
Castri generali contra omnes delinquentes, et
potestas teneatur, et debeat dictam inquisitio=
nem et denuntiam recipere, testes exami
nare, et repertos culpabiles punire totiens, quo
tiens ut supra, et eodem modo, et simili pena
puniantur abbeuerantes in fosso seu fovea cois
dicti Castri.

Quod superstites non possint Cottima=
re fornum, Molendinum, et Beccari=
am. Cap. 38.

Item statuimus, et ordinamus, quod superstites dicti
Castri non possint, nec valeant aliquo modo accotti
mare, seu affittare fornum magnum, molendinum
Communis dci Castri, et beccariam seu macellum

sine decreto generalis Consilij eiusdem Castri pena decem librarum den: pro quolibet supre-stite, et qualibet uice, de facto auferen in casu contrauentionis.

De Pena mittentis ligna in furno Com-munis. Cap. 39.

Statuimus, et ordinamus, quod nulla persona de dicto Castro audeat, uel presumat mittere ligna in furno Communis, nisi fuerit in actu facien panem, pena quinque solid: den: pro quolibet cō-trafaciente, et qualibet Vice.

Quod quicunque coquerit, seu arroshierit aliquam porchettam in furno com-munis soluat fraternitati solid quinque. Cap. 40.

Item statuimus, et ordinamus quod quicunque uo-luerit arroshire, uel quoquere aliquam porchettā

in furno Communis supradicti teneatur, et debeat, soluere fraternitati Corporis Christi dicti Castri solid: quinq den: pro qualibet porchetta, possitq talis dominus porchettam cogi facere ad soluere dictos solid: quinq pro qualibet porchetta per priorem dicte confraternitatis a potestate, uel eius Viariorum et hoc intelligatur de uendere uolentibus.

Quod Officialis exercens officium dam: dat: et extraordinarior, teneatur secum ducere unum ex custodibus Cap. 41.

Statuimus, et ordinamus, quod officialis dicti castri dum uadit rimando, et officium dam: dat: exercendo, teneatur, et debeat secum ducere, et habere unum ex custodibus dicti Castri in testem, et aliter accusationes, seu inuentiones non ualeant quoquomodo.

De Pena Bestiarum intrantium in ecclesia

Jn sancti Angeli, et in Circuitu, et Platea dicte Ecclesie. Cap. 42.

Item statuimus, et ordinamus, quod si aliqua Bestia alicuius intraverit in ecclesia, platea, seu circuitu sancti angeli, Patronus dicte bestie puniatur pena decem solid: den: pro qualibet bestia, et qualibet vice.

De pena dam: dant: in possessionibus banditis. Cap. 43.

Statuimus et ordinamus, quod unusquisq habẽs possessiones in Territorio dicti Castri, possit, et valeat per baiulum communis bandiri facere de dictis possessionibus tres modiolos ut supra in alio Capitulo, de quibus possessionibus solvantur datie, seu collecte in dicto Castro, et Potestas teneatur et debeat sine aliquo premio scribere, et annotare in libro suo relaxando cõmuni dicti Castri tempore sui sindicatus, et si post dictum bandimentum aliqua bestia alicuius intra-

uenit, uel pasculauerit in dictis possessionibus banditis, Dominus dictarum bestiarum puniatur pro qualibet bestia, et qualibet uice in uno bonoreno, et simili pena puniatur quicumque semitam matiitorum fecerit per possessionem alterius, si de uoluntate patroni dictarum possessionum erit.

De Pena mulieris euntis filando dum pro agua uadit. Cap. 44.

Item statuimus, et ordinamus, quod nulla mulier uadat filando, dum uadit pro agua ad fonte communis dicti Castri, et que contrafecerit incidat in penam unius bonoreni pro qualibet uice.

De Pena non facientium panem tempore quo debet, et impedientium uices alienas. Cap. 45.

Item statuimus et ordinamus, quod quelibet mulier de dicto Castro, que peteret furnum fornarie

ad panem faciendum, teneatur, et debeat dictum panem facere eo die, et hora, qua tenet, et debet, et sibi per dictam fornariam determinatum, ita quod non impediat subsequẽtes panem facere volentes, et que contrafecerit, puniatur pena quinq solid: den: pro qualibet uice, et qualibet contrafaciente, seu impediente.

De pena filantium prope furnum Communis, dum coquitur panis.
Cap. 46.

Statuimus, et ordinamus, quod nulla mulier stet ad filandum prope uel ante furnum Communis, dum panis fit ab aliqua persona, et que contrafecerit puniatur in duobus solidis den: pro qualibet, et qualibet uice

De Pena euntis per possessionem alterius

Liber quartus

si per suam commode ire poterit.
Cap. 47.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque uo=
luerit ire ad aliquam suam possessionem, et
potuerit per suam commode ire, non ualeat, nec
possit ire per alterius possessionem sine licen=
tia domini illius possessionis, et contrafaciens
puniatur pena duorum solid: den: et si per do=
minum possessionis predicte fuerit accusatus
uel denuntiatus, pro qualibet persona, bestia,
et qualibet uice.

De pena Claudentis amitum. Cap. 48.

Statuimus, et ordinamus, quod nullus in Territorio dicti
Castri debeat, nec possit claudere amitum alicu=
ius possessionis, per quod conuicinus ire debet,
contra uoluntatem illius, qui inde habet amitum
pena quinque solid: den: pro qualibet uice.

De modo eundi per possessionem Consortis.

Cap. 49.

Statuimus, et ordinamus, quod habens poss.de in Territorio dicti Castri, possit, et valeat ire ad dictam suam possessionem, per possessionem sui Consortis, per quam habet aditum, ut per locum minus damnosum, et breviorem, quem locum Potestas, et superstites declarare debeat, et possint auctoritate presentis Capituli.

De Pena claudentis aditum aque in dicto Castro. Cap. 50.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus de d.o Castro audeat vel presumat Claudere aliquã Cloacam, et aditum aque in dicto Castro pena quinque solid: den: pro quolibet contrafacien-te, et qualibet vice, Cloaca, et aditu, et nihil.s statim ad mandata potestatis aperire eam debeat sub d.ã pena.

Liber quartus

De pena effodentis foueam sine licentia sui Conuicini. Cap. 51.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus debeat effodere foueam inter possessionem suam, et sui consortis, pena quinq. solid: den: pro qualibet uice si hoc facerit sine licentia sui consortis.

De pena occupantis bona Communis. Cap. 52.

Item statuimus et ordinamus, quod nullus de dicto Castro, uel aliunde audeat, uel presumat occupare aliquid de bonis stabilibus dicti Communis pena centum solid: den: de mobilibus uero quicumq. occupauerit pena decem solid: den: puniatur, et nihilominus ea statim relaxare teneatur post preceptum ipsi per potestatem factum.

Quod potestas non possit se absentare à dicto Castro, nec seruire per substitutum. Cap. 53.

Statuimus, et ordinamus, quod potestas dicti Castri durante tempore sue electiones non possit quoquomodo servire per substitutum, nec a d(ict)o off.o se absentare, a d(ict)o Castro ultra unum diem sine licentia Ill.s d(omi)nor(um) Priorum Ill.s Civitatis Spoleti, pena decem librar(um) den: de suo salario retinendor(um) pro qualibet vice.

De pena opponentis se baiulo. Cap. 54.

Statuimus, et hac presenti lege sancimus, quod nullus de dicto Castro, vel aliunde in territorio dicti Castri audeat vel presumat parare, vel opponere se baiulo dicti Communis, dum vadit pro suo off.o baiulatus exercendo, et no(n) permiserit ipsum intrare domum, seu clauserit hostium domus proprie, vel conducte, et si clausa esset, no(n) aperierit statim post preceptum factu(m) per dictum baiulum, euntem de commissione potestatis, aut non permiserit se pignorari, puniatur contrafaciens in viginti solid: den: de facto sine aliqua diminutione, et credatur

relationi dicti baiuli, cum iuramento.

Quod de omnibus possessionibus existentibus in Territorio dicti Castri, earum Domini teneantur solvere Collectas.

Cap. 55.

Item statuimus, et ordinamus, quod omnes et singule possessiones, et omnia et singula bona mobilia sita, seu posita in districtu seu Territorio dicti Castri infra quecumque Latera vel confines, posita, seu descripta in Catastis Communis Castri predicti, et que in posterum describerentur, sint, et esse intelligantur censuarie, et tributarie communi Castri predicti in omnibus et singulis datiis, et collectis impositis, et imponendis in dicto Comuni, et pro ipsis datiis, et collectis sint et remaneat obligate, et quod nulla persona possit dictas possessiones, et terras alicui dare, concedere vel obligare in preiudicium debiti dictarum datiarum

seu Collectas, et illi quibus fuerint uendite, seu
quomodolibet obligate, teneantur soluere omnes
datiuas, tam impositas, quam imponendas in posterum

Quod in possessionibus existentibus in
Territorio dicti Castri, de quibus non
soluuntur Collecte possit impune dam-
dare. Cap. 56.

Item statuimus, et ordinamus, quod quicumque de
dicto Castro, seu forenses, nō datiuas, seu Collec-
tas Communi dicti Castri soluentes, et eas sol-
uere debentes, si non soluerint infra annum post
impositionem Collecte, non audiantur, nec intelligātur
in aliquo eorum iure, ciuili uel criminali, et quod
unicuique licitum sit damnum dare in eorum bonis
et possessionibus, ipsis et cum bestijs, et quod
datiuarum, et collectarum exceptio nō solutionis possit oppo-
poni in quolibet ciuili iudicio, uel Criminali, dū-
modo declaret et datiuam, seu Collectam nō solutam
exprimat, et per potestatem dicti Castri admitti de-
beat, volumus tamen quod facta integra

solutione tales homines dicti Castri, seu forenses habitantes, seu inhabitantes in dicto Castro, et eius territorio, audiantur, et in eorum causis civiliter, vel criminaliter, alias non, et super praemissis praefatus potestas vinculo iuramenti inquirere teneatur, et observare debeat, sub poena vigintiquinque librarum den: de suo salario retinendorum, si dictus Potestas negligens fuerit.

Quod Potestas non comedat cum aliquo Terrigena. Cap. 52.

Statuimus quod Potestas dicti Castri, aut aliquis familiaris eiusdem comedere, vel bibere cum aliquo de Castro praefato non debeat, nec xenium aliquod in aliquam personam possit, nec aliquis de Castro praefato xenium aliquod largiri possit eidem potestati, aut cum eodem potestate aliquid [illegible], seu facere praedicta, et si quis contrafecerit in praedictis seu praedictorum aliquod in de[illegible] solid[illegible] vice qualibet puniatur.

De stabulis non faciendis in viis. Cap. 58.

Stabulis pro porcis, aut alijs bestijs nulla persona faciat in vijs, aut alio loco intus dictum Castrum, nisi intus domum, ad penam viginti solid: den: pro quolibet, et qualibet vice, et nihil.s quod fecerit, removere ac tollere teneatur ad penam predictam, et Potestas dicti Castri teneat ad minus semel in ebdomada inquirere dictum Castrum.

De muris emendis, et qualiter mura[illegible] accipere liceat de Casaleno [illegible] Castelli Cap. 59.

Murare quicumque voluerit pro domo facienda, possit, et valeat ponere atque construere in Casaleno Communi ipsius, et sui consortis, capiendo medietatem fundamenti de Casaleno sui consortis, et debeat relinquere mansas in loco opportuno, et talis Casaleni in ipso muro medietatem aut partem aliquam [illegible] voluerit, teneat

dare et solvere pro medietate illius partis quam occupare de tali muro voluerit, dicto miranti, ad rationem unginti librarum den: pro pertica, et tamen dictus murus sit communis pro quantitate soluta muranti predicto pro medietate expensarum ad rationem predictam, qua solutione facta, licitum sit dicto Consorti, sic ementi, in ipso muro per eum empto, domum edificare, ligna ponere, ac dimictere, et omnem modum quod sibi placuerit percipere de ipso muro ad ipsius libitum, et voluntatem ipsius muri sic empti per eum, stante dicta solutione facta est, ac efficiatur verus dominus, et possessor, et eo uti, et frui possit tamquam re propria, de muro facto de terra satisfaciat muranti per consortem secundum extimationem magistri.

Sta st

De Pena aucupantis ad Colambos. Cap. 60.

Ad Columbos nemo audeat aucupare, vel aucellare, nec alienos Columbos tam retibus, laqueo, vel aliquo

alio modo, contrafacientes soluat penam qnq
librarum den. pro quolibet roturbo, et damnum
patienti semper emendare in quatruplum tene-
atur, et cuilibet liceat tales contrafacientes
denuntiare, et accusare, et eius iuramento
stetur, et credatur cum uno teste, et eorum nomina
teneantur secreta, et bannorum omnium habeat
quartam partem dictus accusans uel denuntians.

Quod laboratores, et coptimarij terrarum forensium ad soluendum datias pro huiusmodi forensibus compellant. Cap. 61.

Laboratores, et Coptimarij terrarum ac possessionum
forensium quorumcumque, fructus ipsarum posses-
sionum retinere debeant, et nemini dare resti-
tuere uel consignare debeant, aut permit-
tere reportari, uel accipi per aliquam perso
nam cum licentia uel sine licentia curie dicti
Castri, nisi prius solute fuerint omnes et singule

datiis, et Collecte per dictum Communem tali forensi imposite nisi prius de omnibus, et singulis collectis, et datiis talis forensis contingentibus dicto Communi extiterit integraliter satisfactum, et solutum. Si quis vero in premissis, aut aliquo premissorum contrafecerit quoquomodo, decem lib. den: vice qualibet puniatur, et nihilominus tales Laboratores, costimarij, et Coloni terrarum, et possessionum forensium, ad solutionem omnium et singularum datiarum seu Collectarum dicto communi sint pro tunc obligati ad solvendum, Ita quod possint ac debeant per Castri prefati Curiam summarie cogi ad solvendum ut supra, et hoc Capitulum sit precisum, et ut ad notitiam singulorum deveniat, publice banniatur, et si aliqua possessio esset in territorio dicti Castri de qua datie seu Collecte non essent solute per duos annos continuos, sint et esse intelligantur ipsius Communis pleno iure.

De Pena occupantis seu dantis dantes ad

75v

Formam, et rostam Molendini Communis.
Cap. 62.

Item Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro, seu forensis, deguastaverit, seu quovis modo damnum dederit, et preiudicaverit, ad rostam, et formam molendini cois dicti Castri, seu illas, aut illum impediverit, aut aliquod etiam minimum impedimentu imposuerit plantando arbores in preiudiciu dicte roste et forme fecerit, incidat in penā centum solid: den: pro quovis impedimēto apposito, si quis vero aliquem passonem, seu barcellas, frascas, pivm, et similia, ex dicta forma, et rosta acceperit, vel levaverit, aut quomodocumq damnum dederit incidat sibi in pena Centum solid: den:, et credatur accusatori cum iuramento, et teneatur secretus, et habeat quartam partem dicte pene.

De termino dando ad facien inquisition

... nes. Cap. 63.

Item statuimus, et ordinamus quod inquisitiones detur sub termino duorum mensium, et qui non darēt per dictos duos menses, non possint amplius dari dictas inquisitiones, et nihil valeāt.

De pena piscantis foveam per menia seu muros Communis. Cap. 64.

Item statuimus, et ordinamus, quod nulla persona de dicto Castro, vel aliunde, audeat vel presumat aliquo quesito colore per menia seu muros Castellan. piscare in foveum communis tam pro ranis quam pro piscibus, et hoc ex causa et occasione non rumpen. cappos, et ille qui repertus fuerit per curiam ire per dictos muros occasione predicta, incidat in penam viginti solid: den: pro quolibet, et qualibet vice, de facto per ipsam Curiam auferen.

De pena [illegible] ... seu mattoni

et alia similia ultra pretium infrascriptum.

Cap. 65.

Item statuimus, et ordinamus, quod nulla persona de dicto Castro, seu aliunde, exercens artem fornaciarij, et faciens, seu fieri faciens Lateres seu Mattones, Cuppos, et similia possit, nec valeat sub quovis quesito colore, tam hominibus dicti Castri quam quibuscumque alijs personis vendere dictos lateres, et laborium quatrum plus quam bononenos viginti pro quolibet Centinario, et florenum unum pro quolibet Centinario Cuppor., qui vero contrafecerit, incidat in penam decem libras den: pro quolibet, et qualibet vice contrafaciente, et dicta pena exigatur tam a venditore quam ab emptore, et Potestas teneatur exigere dictam penam sine aliqua diminutione, et subiectus pro non subiecto teneatur, et si emptor accusaverit cum suo iuramento, et uno teste fide digno infra terminum trium dierum, ad aliquam penam non teneatur, sed teneatur, et obligatus sit

pro eo dictus conditor, et summarie procedatur.

De pena ballantis in platea publica

tempore Carnisprivij. Cap. 66.

Item statuimus et ordinamus, quod alicui sub quo uis pretestu, seu quesito colore non liceat nec debeat esse Caput ad faciendum ballare, nec minus aliquo modo ballare in platea publica Communis dicti Castri in tempore Carnisprivij; Vz in his tribus diebus Carnisprivij, sine licentia, et decreto publici Consilij dicti Castri, sub pena et ad penam trium solidorum pro quolibet contrafaciente, et qualibet uice, de facto et summarie auferend. applicand. confraternitati sanctissimi Corporis Christi pro tertia parte, et pro alijs duabus tertijs potestati pro tempore existenti, et communitati dicti Castri exigatur.

De pena retinentis vaccas non domatas

in Territorio dicti Castri. Cap. 67.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus tã de dicto Castro, quam forensis, sub quovis pretextu, seu quæsito colore audeat, vel presumat, nec nullo modo possit nec debeat retinere in dicto Castro, seu eius territorio aliquam bestiam vaccinam, vz vaccam, sub pena, et ad penam unius florem pro quolibet contrafaciente, qualibet vaccha, et qualibet vice, qua fuerit inventa in dicto Castro, seu eius territorio, de facto, et sine aliqua diminutione auferen, et dictus Potestas teneatur exigere dictam penã sub pena quinq. sextorium, de suo salario auferendor, et retinendor, si in predictis fuerit negligens, excepto tamen quod omnibus de dicto Castro liceat retinere, et penes se habere sine incursu alicuius pene unam vaccham domatã, et solitam arari, cum qua debeat continue debitis temporibus arare, et terras laborare, et non aliter, alis, nec alio modo sub eãm dicta pena, et in eventum quod dicta bestia vaccina ut supra retinen concessa pareret, et faciet

Liber Quartus

aliquam Vitulam, quod dicta Vitula retinen
possit per unum annum, a die ipsius nati=
uitatis numeran, et non ultra, sub eadem dicta
pena.

De pena seminantis per XXV. perticas prope foveam mag
ni D. Com. turri vel Canepa Cap. 34. Statuta Vetera
Statuimus et ordinamus quod nullus de d. Com. S. Joannis
vel aliunde audeat nec presumat seminare in aliqua
possessione prope ipsam foveam magni D. Com. circum
circa per viginti quinque perticas et qui contrafe
cerit puniatur viginti quinque [illegible] denariorum sine dimin
utione aliqua [illegible] turri seu Canepa [illegible]
turri seu Canepa de qualibet die aliqua pena [illegible]

Flaminius Solutius Canc.

Supraescripta cap.la [illegible] libri sunt confirmata
[illegible] cap. 34 [illegible] in dicto lib. in
vol. antiquo. Joseph [illegible] advocatus

Incipit Liber Quintus de Dam: Datis.

.2. De modo procedendi in dam: dat. Cap. i.

Statuimus etiam, et hac lege sancimus, quod potestas, et officialis dicti Castri possit, et debeat in dam: datis procedere per inquisitionem, denuntiationem, et inventionem, et repertos culpabiles punire secundum formam presentis statuti.

Quod in dam: datis sufficiat probatio unius testis. Cap. 2.

Item statuimus, et ordinamus, quod super dam: datis tam personaliter quam per bestias illatis sufficiat probatio et dictum unius testis de visu, et probatio, et attestatio valeat, et teneat in omnem quantitatem denariorum, etiam si fuerit minor quatuordecim annorum, dummodo sit maior decem annorum, mulieres etiam a quatuordecim annis supra admictantur ad probandum in dam: datis, et in ordinarijs.

De inquisitionibus, et denuntiationibus ac accusis faciendis, quod credatur usque in quantitatem

G

In Viginti solidis stari iuramento. Cap. 3.

Item Statuimus, et ordinamus, quod quilibet dominus, uel Colonus, et Laborator possessionum existentium in Territorio dicti Castri, possint, et ualeant oretenus, uel inscriptis coram potestate inquisitiones, denuntias, et accusationes cum iuramento de usu facere, et accusatori stetur, et credatur usq in quantitatem uiginti solid: den: Potestans uero existens pro tempore, teneatur, et debeat recipere, et scribere dictas inquisitiones denuntias, et accusationes sine aliqua solutione, et mercede, ipsas, et quamlibet ipsarum teneatur, et debeat infra mensem expedire, numerandũ a die porrectionis, pena uiginti solid: den: de suo salario retinendor, pro qualibet inquisitione de non expedita.

De Pena dam: dant, cum bestijs grossis, uel minutis, et pullis ad pergulas, et propagines. Cap. 4.

Liber quintus

Item Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua bestia grossa damnum dederit ad pergulas, uel propagines, dominus ipsius puniatur pro qualibet bestia grossa in sexaginta denarijs, et qualibet bestia minuta in triginta denarijs pro qualibet oue, et pro qualibet pullo dam: dans ad vuas in pergulis in duobus denarijs.

De pena forensium dam: dans per se et cum bestijs. Cap. 5.

Statuimus, et ordinamus, quod forensis qui damnũ dederit personaliter, uel cũ bestijs, puniatur pena qua puniretur terrigene secundum formam statutorum illius loci unde esset talis forensis dam: dãs Volumus etiam quod si non posset haberi notitiã statutorum eius loci unde esset forensis dam: dans, puniatur duplo quo puniretur oppidanus.

De pena dam: dans per Magese cum Bestijs tempore pluuie. Cap. 6.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua bestia grossa fuerit inuenta a die pluuie, usq. ad tertium diem inclusiue, uel per possessionem alienam maiesatam, dns dce bestie puniat pena duor. solid. den. pro qualibet bestia et qualibet uice, et si aliqua bestia minuta fuerit inuenta in dictis possessionibus ut sup. puniatur dns ipsius in duobus denarijs pro qualibet, et qualibet uice.

De pena dam. dant. cum bestijs ad fructus iacentes in terram. Cap. 7

Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua bestia grossa pasculauerit, uel damnum dederit ad mala iacent. in terram, per totum mensem augusti dns ipsius non teneatur ad aliquã penam nisi damnum dederit corroden arbores et simili intelligatur de alijs bestijs minutis sed post dictum mensem augusti si aliqua be-stia grossa dam. dederit ad mala seu pira

[illegible] ad glandes [illegible] in Cerreto, dnus ipsi-
us puniatur pena quinq: solid: den: pro qua-
libet bestia grossa et qualibet uac[illegible], et pro qua-
libet bestia minuta in duobus denarijs.

De pena dam: dant: cum bestijs in Horto.

Cap. 8.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua bestia gros-
sa dam: dederit in aliquo Horto [illegible] [illegible],
[illegible], Peponorum, uel Citrullorum, et in Cane-
pina alicuius patronus puniatur pro qualibet
bestia grossa, et qualibet uac[illegible] in decem solid:
den: et bestie Castratine, et porcine numerentur
inter grossas. Si uero cum aliqua alia bestia mi-
nuta damnum dederit in praedictis, patronus pu-
niatur in decem den: pro qualibet bestia minuta
et qualibet Ovi[illegible].

De pena dam: dant: [illegible] ad arbores.

Cap. 9.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua bestia comederent, vel devastarent ad aliquam perticam Ulmi, salices, et similium, dni dte bestie puniatur pro qualibet bestia, qualibet pertica et qualibet vice, in decem solid: den:

De pena dam: dants cum bestijs in blado, vel legumine. Cap. 10.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua bestia grossa damnu dederit in blado, vel legumine alienius, à Calendis mensis ottobris, usq ad Calendas aprilis inclusive, patronus dictarum bestiarum puniatur pro qualibet bestia, et qualibet vice in duos bononenos, et pro qualibet bestia minuta, et qualibet vice, in quinq den:, et à Calendis aprilis, donec bladum messum, et legumen recollectum fuerint, in predictis penis duplicentur.

De pena dam: dants cum bestijs ad Metā, vel Cantium. Cap. 11.

Liber Quintus

Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua bestia grossa, dam: dederit ad metam alicuius bladi vel leguminis, Patronus dictarum bestiarum puniatur in penam decem solid: den: pro qualibet bestia, et qualibet meta, et qualibet vice, et simili pena puniatur si dam: dederit ad Cantiam[illegible] sive alterius bladi vel leguminis in area existent.

De Pena dam: dant. cum bestijs ad linum et similia. Cap. 12.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua bestia grossa dam: dederit ad linum ad alea, et similia patronus dicte bestie puniatur in [illegible] solid: den: pro qualibet bestia, et qualibet vice.

De pena personarum dam: dant. ad Uvas. Cap. 13.

Statuimus, et ordinamus, et hac lege sancimus quod [illegible] de dit. [illegible] vel alienas [illegible], pro-

dicti Castri audeat, vel presumat biang bestias
de pergulis alterius, et qui contrafecerit, in
decem solid: den: puniatur pena, et si ultra
unum racemum collegerit, pro quolibet race=
mo supradicto pena decem solid: den: puniatur.

De pena dam: dantis ad Sortum, et
Fructus alt: Cap. 14

Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto
Castro, vel aliunde, audeat, vel presumat dare
damnum ad fructus alterius pendentes, pena
quinq solid: den: , qui vero damnum dederit
in Sorto alieno colligendo olera, Caulos, Ceparum
porros, Cetriullos, et similia, puniatur pena sup
dicta decem solid: den: pro quolibet, et qua=
libet vice.

De pena incidentis arbores domesticas
vel vites. Cap. 15.

Statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto

Liber Quintus

I Castro, nec aliunde in Territorio dicti Castri tan-
te temerarius existat, quod audeat, uel presu-
mat incidere aliquam arborem domesticam in
possessionem alicuius, et qui contrafecerit, pu-
niatur pena centum solid: den: qui autem de-
ramauerit, puniatur pena uiginti solid: den: Qui
uero frascas dictarum arbor(um) inciserit, puniatur pe-
nā trium solid: den: pro qualibet frasca, et qua-
libet uice, quicunq(ue) uero aliam arborem incise-
rit, v3 ulmum, salicem, populum, aluanam, et
similia, a pede, puniatur pena centum solid:
den: pro quolibet contrafaciente, et quolibet
arbore predict(a), Qui uero dictas arbores derama-
uerit, pro quolibet ramo puniatur pena uigin-
ti solid: den: Qui autem frascas inciserit ante
uendembias, et dum uue sunt in dictis arboribus
puniatur pena uiginti solid: den: pro qualibet
frasca, et qualibet uice, qui uero sfrondauerit
arborem alicuius, ramum, uel partem dum ad-
sunt uue ut supra, et ante uendembias, pu-

niatur pena uiginti solid: den: ut supra, et post
Vendentibus solid: quinq den: pro qualibet uice
qui uero aliquam Vitem, siue pergulam incise-
rit à pede, puniatur pro qualibet uite pena
Centum solid: den:, si aliquam Vitem siue per-
gulam alicuius intaccauerit, et ex dicta intac-
catura desiccauerit, simili pena puniatur, si
uero non desiccauerit, seu efficeretur siccha,
puniatur pena quinq solid: den: pro qualibet
Vite intaccata, et impedictis, uel aliquid pre-
dictorum teneatur damnum emendare patrono
secundum extimationem prefator extimatorum
Communitatis dicti Castri.

De pena inciden uel deguastan sepe,
uel barcellas. Cap. 16.

Statuimus, et ordinamus, quod quicumq de dicto
Castro uel aliunde inciserit uel deguastauerit
sepem de possessione alicuius, uel barcellas ex-
traxerit incidat in penam decem solid: den: p
quolibet, et qualibet barcella, et sepe.

De pena facientis herbam inter bladum alienum. Cap. 17.

Statuimus, et ordinamus, quod quicunq de dicto Castro, aut aliunde, qui herbam fecerit in possessione alicuius, uel inter bladum alterius puniat' pena decem solid: den: pro quolibet, et qualibet vice.

De pena dam: dant. cum bestijs in possessionibus seminatis. Cap. 18.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto Castro, uel aliunde, audeat uel presumat in territorio dicti Castri pascolare aliquam bestiam inter possessiones seminatas alicuius, pena quinq solid: den: pro qualibet bestia, et qualibet vice, nisi possessiones seminate essent factori bestiarum undiq.

De pena dam: dan: cum pullis in blado uel meta. Cap. 19.

Item statuimus, et ordinamus, quod si pulli, uel gal=

lere damnum dederint alicui ad granum, or=
deum, uel aliud bladum, seu legumen, a ca=
lendis mensis iunij, usq. quo fuerit messu,
Patronus dictorum pullor. puniatur pena du=
orum denarior. pro quolibet pullo, et simili
pena puniatur si ad metam alicuius bladi
uel leguminis dicti pulli damnum dederint
et eadem pena puniatur si damnum dederint
ad Uuas.

De pena dam: dant. personalr ad granu
uel bladum. Cap. 20.

Statuimus, et ordinamus, quod quicumq. de dicto
Castro, uel aliunde personaliter dam: dede=
rit ad granum, uel bladum alicuius, puniat.
pena quinq. solid: den: a, calendis me=
sis ottobris usq. ad Calendas mensis Maij, et
ab inde supra donec fuerit messum, puniat.
pena decem solid: den: pro quolibet, et qua=
libet uice, qui uero damnum dederit ad lis=

tur, granum faciendo paleas, pro triccia puniatur pena duor. solid: den: pro qualibet vice, etiam si esset minor decem annorum, et predicta intelligantur contra metentes, et no contra transeuntes, contra quos non procedat nisi ad querelam.

Quod arbor pendens supra possessione alterius, seu in confinibus existens debeat amoveri. Cap. 21.

Item statuimus, et ordinamus, quod si aliqua arbor staret in confinibus possessionum aliquorum, adeo quod directura termini daret uni ex consortibus partem dicte arboris, et alteri consorti alteram partem, etiam si esset minorem partem, Potestas, et Viarij dicti Castri possint, et valeant incidi facere, admovere, et elevare ad petitionem cuiuscunque petentis, non obstante si dicta arbor esset possessa per alteram partem.

Quod Potestas debeat cogere dam: dant. ad emen. Cap. 22.

Statuimus, et hac presenti lege sancimus, quod in omnibus supradictis Casibus dam: dat., et extraordinarior., Potestas dicti Castri ad petitionem dam: passi, teneatur, et debeat cogere dam: dantes ad soluen., tradendum, et consignandum extimationem damni illati iudicio extimatorum communis, pena centum solid: den: de suo salario retinendor. anteq. persoluat penam.

Quod omnes pene de nocte duplicentur. Cap. 23.

Item statuimus, et ordinamus, qd in omnibus sup. dictis Casibus, tam extraordinarijs, quam dam: dat. de nocte commissis pene duplicentur.

Quod procedat de simili, ad similia. Cap. 24.

Item statuimus, et ordinamus, quod in casibus extraordinarior., ac dam: dati no expressis, nec comprehensis in presenti volumine Statutorum

procedatur de similibus ad similia, et simi-
le declaretur per superstites dicti Castri, ut
remictatur statuto Ill.^ris Civitatis Spoleti.

De pena levantis hostium de aliqua eccle-
sia. Cap. 25.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus de dicto
Castro, nec aliunde, tante temeritatis existat, quod
audeat, vel presumat levare, amovere, vel
auferre aliquod hostium alicuius ecclesie dicti
Castri, pena viginti solid: den: pro quolibet,
et qualibet vice.

De pena asportantis lapides alienos Cap. 26.

Lapides alienos de petraria, vel alio loco, nemo aspor-
tare, vel accipere debeat, ad penam quinq;
solid: den: pro quolibet et vice qualibet, et
quilibet possit contrafacientem huiusmodi de-
nuntiare, et accusare, et eius iuramento stetur,
et credatur, et quartam partem habeat dicte
pene, nobil.^s hum domini Vicarii, et accusatus

teneatur reficere emendam damni passi &c.

De accusationibus, inquisitis, et denuntiatis per potestatem fiendis, et de quanta quantitate accusanti credatur. Cap. 27.

Si qua denuntiatione, vel accusatione facta fuerit per aliquam personam coram Curia dicti Castri de aliquo damno dato personato, vel cum bestijs, in bladis, arboribus, et fructibus suis, et eam accusator iurabit esse veram de tali denuntiatione, vel accusatione contra accusatum, siue denuntiatum per supradictam curiam executio fiat, et fieri debeat, et detur, et credatur iuramento accusatoris usque quantitatem decem solid: den: ab inde supra cum uno teste probante de visu accusanti cuilibet, statim et credatur plenarie in omnibus et singulis dan: dat:, in quibus dictum unius testis probantis de visu, plene sufficiat, et probationem, et attestatione legitima, et plenissi=

ma habeatur, aliquo alio statuto nõ obstante

De Licentia in dam: datis admicter, et quomodo debeat admicti. Cap. 28.

Licentiam in dam: datis allegauerit, seu habeatur a' domino rei in qua damnum dederit ante tempus dam: dati, si de ipsa licentia scriptura publica apparuerit, aut dominus rei iurauerit ad sancta dei euangelia se ante tempus dam: dati uel illati dicto allegant: licentiã contulisse, admictatur expresse per Curiam dicti Castri, et tale damnum prestans, uel inferens nullatenus de huiusmodi damno puniat'

Quod Potestas exigere debeat omnes penas dam: datis de duobus mensibus in duobus mensibus. Cap. 29.

Statuimus etiãm, et ordinamus, quod potestas qui pro tempore erit in off.o dict. Castri, teneatur, et debeat de duobus mensibus, in duobus mensibus exigere omnes et singulas, per ipsum seu eius

officialem dam: datos, inventiones factas seu
accusatas et penas solutam mittere teneatur in
Cippo Communis existente in publico palatio
eiusdem Castri, et soto exigere illas in prae=
sentia ad minus duos de superstitibus eiusdem
Castri, et inventiones, et accusae, quae nō exi
gerentur de duobus mensibus, in duobus men=
sibus utsupra, ipso facto post dictos duos me=
ses sint nullae, et per dictum potestatem
non possint ullo modo amplius exigi, aliquo
non obstante &c.

Priores Populi
Civitatis Hispelli

Praemissa statuta et ordinamenta [illegible] Joannis d[omi]ni
[illegible] cōis [illegible] de praesentia ac [illegible] et con
gita [illegible] libertati et Jura [illegible] cōis [illegible]
[illegible] salvaq[ue] semper et reservata [illegible]
[illegible] Imperio, dominio [illegible]
[illegible] declarationi moderationi et [illegible]
[illegible] alio modo [illegible] decreto [illegible]
[illegible] confirmationi et approbationi [illegible] mand[amus] [illegible]
[illegible] Capitolo 41. tertii libri et Capitolo 34. quarti libri
[illegible] voluminis statutorum antiquorum in fine cuius liber libri man[u]
[illegible] descriptus [illegible] non obstan[te] [illegible]
[illegible] populi pal: die 13. Januarii 1585.
Flaminius [illegible] Canc[elliere]

omnia supra scripta cap.a prout nolumi
nis visa fuerunt per me Iosephum de Domo ad
vocatum civitatis Spoleti et sunt confirmanda addi
tis tamen capitulis quae in fine cuiuslibet libri sunt per
me annotata fuerunt et non aliter nec
alio modo.

Ioseph. de Domo advocatus.



1840
1585
255